




**Consiliorum, et Epistolarum Medicinalium, Ioh. Cratonis a
Kraftheim, archiatri Caesarei, et aliorum praestantissimorum
Medicorum, liber quartus, Nunc primùm studio & labore
Laurentij Scholzij, medici Vratisl. in lucem editus.**

<https://hdl.handle.net/1874/436754>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

0 oct.

36

U.B.U.




302

in

BRUNNEN
DIE LIBER

U. 817







Medici

Octavo n^o. 36.

amino 1700

am
no
no
no





N. 73. B.

1674
1675
1676
1677
1678
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1700

CONSILIORVM, ET
Epistolarum Medicinalium,

IOH. CRATONIS
A KRAFTHEIM, AR-
CHIATRI CÆSAREI, ET
ALIORVM PRÆSTANTISSI-
morum Medicorum,

LIBER QVARTVS;

Nunc primum studio & labore

LAVRENTII SCHOLZII
MEDICI VRATISL. IN
luce editus.



FRANCOFVRTI,

Apud Andreæ Wecheli heredes, Claudium
Marnium & Ioan. Aubrium.

Cum S. Casarea Maiest. privilegio.

CLARISS. ET PRÆSTAN-
TISSIMO VIRO,
DOMINO DOCTORI
CASPARO PEVCERO,
PHILOSOPHO, MEDICO, AC
Historico nostri seculi celeberrimo,

Illustrissimorum, Ducis Electoris
Palatini, & Principum Anhaltino-
rū, Archiatro, & consiliario; Præ-
ceptoris, ac amico suo omni ob-
servantiæ cultu dignif-
simo,

LAVRENTIVS SCHOLZIVS,
MED. VRATISL.

*Librum hunc IIII Consiliorum, &
Epistolarum medicinalium, gra-
titudinis ergò,
DD.*

9
LAVRENTIVS
SCHOLZIVS MED.
VRATISL.

Omnibus Arti Medicæ addictis,

in D. S. S. S. S. S.

Nuestiganti mihi causam, cur
tanta humanis animis sciendi
infixa ac implāta sit aviditas
atq; cupido, vt nullo suadente
ac præcipiente, nemine hortan-
te atq; incitante, quilibet hominum à natura
scire desideret, iūq; cuius animus nullo sciendi
desiderio teneatur, hominem exuere, ac mon-
stri loco esse videatur, nullam aliam reperio,
quàm illius rei, quàm scire expetimus, dulce-
dinem atq; iucunditatem. Licet autem infini-
ta penè scientiarum ac artium multitudo atq;
diuersitas sit, euenit tamē vt raro quis ad va-
rias, interq; se discrepantes sciendi species; sed
ad vnā aliquam, naturæ suæ conuenientem,
pro ingenii sui acumine, vel hebetudine, vt plu-
rimum inclinet. Arti verò Medicæ inter tot,
tamq; celebres, ac ferè innumeras scientias,
quæ ad vsum humani generis, ac vitæ necessi-

tudinem, à summis atq; præclarissimis Viris
 inuenta sunt, singularem quandam, ob earum
 rerum, quæ illius contemplationi ac considera-
 tioni subiacent, inesse delectationem meridia-
 na luce clarius est. Hinc non mirum, quòd ad
 huius iucundissimæ Artis cognitionem tam
 multa, tamq; præclara ingenia quasi impetu
 quodam ferantur. Sed cum huius Artis, si des-
 eiat ipsam consideremus, non tantum magna
 sit iucunditas, verumetiam si ^{ωραϊκῶν} specte-
 mus, difficultas, (τὰ καλὰ γὰρ δύσκολα) immen-
 sum certè, meo quidem iudicio, præsentibus,
 posterisq; conferunt beneficium, qui obnixè
 operam dant, ut hanc iis, qui illam exercent,
 faciliorem reddant. Cum autem difficultas i-
 sta in eo potissimum consistat, ut uniuersalia
 dextrè particularibus applicentur. Consilia
 verò, ab exercitatissimis in Arte nostra viris
 in difficilissimis casibus præscripta, hoc præstare
 videantur; me reprehensione dignum nõ esse,
 qui talia, hinc inde ab amicis ad me missa, Ty-
 ronibus Medicina communia esse cupiam; cer-
 tõ mihi persuasum habeo. Boni namq; ea est na-
 tura, is genius, ut quo plures inde participant,
 eò subinde euadat tum illustrius, tum perfectius,
 attestante etiam Philosophorum Coryphæo A-
 ristotele.

ristotele. Magis tamen hoc accidit, si non in indignum hoc beneficium conferatur; sed in eum, qui & benefactorem recognoscat suum, ac quae ab illo acceperit, in publicum usum, hominumq; salutē gnauiter conuertat. Inter illos autem a quibus me in hoc proposito meo plurimum adiutū esse fateor, principem locum obtinet celeberrimus, ac numquam satis laudatus vir, Dn. D. IOACHIMVS CAMERARIVS, Poëiatus Norimbergensis, nec non clarissimus vir, Dn. D. ACHILLES CROMERVS, Marchionatus Morauiae Medicus, Domini & amici mei plurima obseruantia colendi. Hos imitati sunt alii quoq; viri excellentissimi, mihiq; amicissimi; nimirum, Dn. D. IOHANNES FRANCVS, Physicus Camicensis, & Magister IOHANNES FABER, Monsterburgesium & Francostei-nensium Medicus ordinarius. Taceo doctissimos iuuenes, Dn. IEREMIAM KVNTSCHIVM, & CAROLVM GREISERVM, Silesios, Medicine studiosissimos. Pharmacopæos item exercitatisimos, Dn. SEBALDVM LAVREAM, & IOHANNEM QVNIPQAW, ciues Vratislauen-ses, amicos meos charissimos. In primis verò

gratiam habeo maximam humanissimo vi-
ro, D. HEINRICO SCHMIDT, Pa-
tritio Vratislaviensi, qui ex bibliotheca affinis
sui, Dn. D. ABRAHAMI SEILERI,
quondam Illustr. Principū Bregensium Medici
dignissimi, ac amici mei singularis multa uti-
lia scripta mecū communicauit. Vt autem non
hi solum; verū alij etiam boni viri, honestissi-
mos istos, ac, ut spero, iis qui nondum satis pro-
bè in arte nostra exercitati sunt, utilissimos
conatus meos, sibi cōmendatos esse patiantur,
proq; virili in posterum quoq; adiunare nō de-
dignētur, ipsos publici cōmodi causa peraman-
ter rogatos volo. Verū cū petitio ista mea pu-
blicam utilitatē concernat, pluribus verbis in
praesentiarū hoc ab ipsis contendere superuaca-
neū esse iudico. Quod superest DEVM arden-
tibus gemitibus oro, ut annum, quem nunc,
CHRISTOPraeunte, ipsoq; Duce, ingressi su-
mus, his praesertim poturbatissimis tēporibus,
Ecclesia, Reipublica, & nobis omnibus felicē,
faustum, tranquillū, & salutarem esse velit.
Benè & feliciter vale. e, Lectores candidissi-
mi, meq; vestris commodis addictissimū, quod
mutuò facietis, amare pergite. Data Vratisla-
via in Festo trium Regum, An. ab orbe redem-
pto 1593.

IOHANNIS VVEID-
NERI, PHYSICI GVRA-
VIENSIS, ELEGIA,

AD LAVRENTIVM SCHOL-
ZIVM MED. VRATISL.

SÆcula cum fluerent meliore vetusta metallo:
Quam facilis victus, tam medicina fuit.

Ferrea nunc postquam successit temporis atas:

Nec facilis victus, nec medicina placet.

Qui sapit, ille micans ferro non posthabet aurum:

Nec vi sustulerit, quod ratione potest.

Sit suus estq³ locus mixtis & ab igne subactis:

Pharmaca naturam simpliciora iuvant.

Hac fuit egregij sapientia dia CRATONIS²

Et Phœbo, & ternis cognita Cesaribus.

Sapè graves morbos una qui depulit herba:

Quos non antidoti mille tulère prius.

Huius dum tennes micas, celeberrime SCHOLZE

Colligis, eq³ penni diuite promis opes.

Plaudet Apollonia gentis tibi turba, tuiq³.

Dante DEO, fontis vena perennis eris.

MELCHIORISTI
LESII RECTORIS ILLV-
STRIS SCHOLÆ BRE-
genfis,

AD LAURENTIVM SCHOL-
ZIVM SILESIVM MEDICVM
Elegia;

TV quoq³, PRÆTORI, medica dudum in clyte
Mæonio versu iure merere cani. (lauro.
ὄτι ἀνὴρ πολλῶν αἰσθῶν αὐτῆς ἔτος ἐστί,
Nemo quod, invidia teste, negare queat.
Quippe quod exerces medicando salubriter artem,
Vtilibusq³ libris excolis artis opus.
Non iacis ampullas, nec cum discrimine voti
Alterius Medici clarior esse studes.
Addere sed certas clarentibus arte medendi,
Edendo illorum posthuma scripta decus.
Archiater CRATO, fama super æthera notus,
Avertit multos accelerante nece.
Nempe quod Hippocrate prestaret & arte Galeni,
Saluificas ægris adiiciendo manus.
Hinc caput Imperii CÆSAR se credidit ipsi,
Expertus certam sepè inuantis opem.
Non verò ipse sua producere stamina vite,
Nec potuit lethi vim cohibere sui.
Quod tamen admoto medicaminis obice frustra
Sustinuit, scriptis obtinet ipse suis.

Scripta

9

Scripta viri famam, nomenq³ perenne celebrant,
 Defuncto vitam restituntq³ libri.
 Lucet in his mentis diuina prorsus acumen,
 Ingenii lucet iudiciiq³ vigor. (quid
 Quicquid habet Arabum sinuosa volumina, quic-
 Couis habet, quicquid Pergamensq³ senex.
 Seu morbum spectans seu propellentia, id omne,
 Omne CRATONIS habent nescia scripta mori,
 Hac quia tu profers in apricum, condita, solem,
 Nec sinis obscuro sparsa perire loco.
 Digna tua merces debetur gratia cura,
 Qua sic vis medica consuluisse rei.
 Mentior, aut aliquis Cratonia scripta legentum
 Expediet tales gratas ab ore sono.
 CRATO, tuis umbris Dii dent sine pōdere terram,
 Dentq³ vna semper tempora verna tua.
 Et tibi, PRÆTORI, faxit Coryphæe medentum,
 Purpureum fundant hortus & arua, nemus.
 Vnde tibi texat nectens Hygiæa coronam,
 Quæ longè Ambrosiæ vincat odore comas.
 Non minus in laude est, quam querere, parta tueri,
 SCHOLZII hoc, est illud græde CRATONIS op^o.
 Prestitit amborum studium, laudabile utriq³,
 Ille parit, partum hic seruat ab interitu.

LAURENTIO SCHOLZIO, ME-
 DICO VRATISLAVIEN.

I Am libris congesta trib. CONSULTA medentis
 Vidimus, e sterili vix renocanda situ:

*Vindicete, SCHOLZI, nisi docta Industria tam as
 Natura nobis exseruisset opes.
 Numen adoramus, miramur acumen, & vsum
 Artis, & humana tam graue mentis opus.
 At, te quòd studiis aliorum impendere tantum
 Temporis, atq; opera non piget, estne pudor?
 Publica prinatis preponere commodarebus
 Si pudor est, nobis non nisi sanctus erit.
 Perge igitur gratis depromere, si qua supersunt,
 Et paribus quartum nixibus ede librum.
 Conatus quicumq; tuos rudis impetit Osor;
 Hic egeat frustra sed tamen, arte tua.*

SALOMON FRENCELIVS
 à Fridenthal, P. Cæs.
 A. M. L. P.

CONSILIORVM QVARTI
 LIBRI INDEX;

Morbi Virorum & Iuuenum.

1. In debilitate capitis, & ventriculi pro quodam Nobili.
2. In diminutione sensus audiendi in aure sinistra, cum defluxu ad coxendicem, & genu, quem in furis atq; soleis pedum stupor est consecutus.
3. In catarrho cum compressione diaphragmatis, pro quodam Nobili viro.
4. In catarrho.
5. In catarrho delabente ad pectus.
6. In catarrho cum torpore pedum, cructatione ventriculi,

triculi, & aliquando etiam dolore renali, pro quodam Nobili.

7. De materia catarrhi per nares excernenda aluoq; turbata sistenda.
8. In catarrho illabere in pectus, quam difficultas spirationis consequitur, caldialgia, lienis obstructione, capillorum defluvio, & faciei rubedine.
9. In Dispnoea.
10. In gravitate pectoris, & spirationis difficultate, ac motu phthiferos.
11. In Asthmate, pro quodam Consiliario electorali.
12. In flatulenta affectione, & doloribus dorsi, pro quodam Nobili viro. (sciente.)
13. De expuitione frequente, pro quodam Nobili adolescente.
14. In dolore à flatibus. pectoris angustia, constipatione ventris, capitis, itemq; lumborum. & articularum dolore. pro quodam Generoso Domino.
15. In perturbatione & intemperie spinæ dorsi.
16. In fluxu alui.
17. In astricta aluo, pro quodam Generoso Domino.
18. In præseruatione & curatione Calculi renum.
19. In præseruatione & curatione Podagræ pro quodam Nobili viro.
20. In podagra & dolore lateris dextri pro quodam Magnifico viro.
21. De præseruatione & curatione mali articularis, pro quodam clarissimo Iureconsulto.
22. In debilitate articularum, vigiliis, & alui constipatione, pro quodam Generoso Domino.
23. De præseruatione à Peste.
24. De præseruatione & curatione Pestis.
25. De præseruatione & curatione synochi putridæ, seu morbi Vngarici, cum angina & delirio.
26. In rubedine faciei, & defluvio capillorum.
27. In Erysipelate phlegmanode, nephriticis doloribus, ac morphaica facie, cum leui tumore, & pustulis, pro quodam Canonico.

28. In scirrhuso tumore supra pubem, circa ventriculi regionem, & circa latera, pro quadam illustri Persona.
29. De vsu Thermarum Carolinarum in exulceratione renum & vesicę, pro quodam Magistro.

Morbi Mulierum.

30. De astricta aluo, vsu Ambrę, & præseruatione à Peste, pro quadam nobili fœmina.
31. Arthritide, pro quadam nobili Matrona.
32. De præcautione abortus, pro quadam nobili fœmina.
33. De impedimentis imprægnationis, pro quadam honesta Matrona.
34. In debilitate vteri, & podagrica affectione, pro quadam nobili Fœmina.

CONSI-



CONSILIVM PRIMVM,

*IN DEBILITATE CAPITIS,
& ventriculi, pro quodam Nobili.*

DIFFICILE est aliò mittere remedia, & in casus futuros præscribere, cùm corpora quotidie se possint immutare. Verùm quia petuntur tantùm communes pillulæ ad capitis & ventriculi euacuationem, suadeo has:

℞ Massæ pillul. Mastich. ℥ij.

Aloës Rosat. ℥j.

Cùm Syr. rosato reformatur pillulæ mediocres.

Has ante cenam quadrante horæ deglutiat, sequente cœna moderatissima. Cùm verò ipse æger animaduertat, potationes sibi maximè aduersas esse, neminem

14 CONSILIOR. MEDICIN.

patiatur sua valetudine sibi chariorem esse, existimetq; tēperantiam remedium esse optimum. Aut enim extinguunt, aut inflammāt calorem natium nimix potationes, qui semel amissus nulla arte recuperari potest. Suasi antea electuarium Garyophyllatū, id fumat mane, quoties deprehendit, se minus benè affectū esse, magnitudine castanex. Quicquid præterea acciderit, de eo monere, vel D. Monauium, vel me poterit. Ita enim mihi notus est, vt sciam, tutò se ei credere Dominum posse. Conuenientia exercitia ante cibum non intermittenda sunt, sed postpotationes, vel equitationes suscipere, hoc est nimirum cruditates augere, & ciere multos morbos subitos, quos DEVS auertat.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHAIM, &c.

CONSILIVM II.

In diminutione sensus audiendi in aure sinistra, cum defluxu ad coxendicem, & genu, quem in suris atq; soleis pedum stupor est consecutus.

SINI-

SINISTRAS partes dextris debiliores esse, in omnibus ferè corporibus animaduertimus; sensum verò audiendi in aure sinistra diminutum. An causam à natura ipsa, & propagatione, vt sepè fieri solet, habeat; an verò à causis externis, vt capitis refrigeratione, ventorum impetu, lapsu, vel ictu, intèperiem aliquam pars contraxerit; vel materia, quæ meatum obstruat, affluerit, nescio. Itaqué difficulter dare consilium possum. Sed ne Præstantissimus vir existimet me laborem defugere: ea, quæ mihi in mentem veniunt, breuiter perscribam. Nam procrastinata cessationes in curatione affectionū aurium difficilioreas reddunt. Primùm igitur illud Hippocraticū moneo: Tutissimam medicinā esse rectam victus rationem, eamqué in hoc corpore ita obseruandam (siquidem curari velit) ne vlllo modo caput repleatur. Vitandus igitur vsus euaporantium, maximè piscium, lacticiniorum, & quæ capis & similibus euaporantibus rebus conficiuntur. Ea Medicus præsens facile suggeret. Obseruata victus ratione, sæpè corpus

16 CONSILIOR. MEDICIN.

infuso senę purgetur; cū sena omnium sensuum organa præcipuè mundet. Infusum isto modo fiat:

℥ Passularum ℥j.

Galangæ incisæ ℥j.

Decoq. in q. s. aquæ puræ, & infundantur:

Fl. borraginis.

Violar. an. p. j.

Fol. senæ el. ℥j.

Stet in infusione per noctem, & manè calefiat, ac pro duabus potionibus exprimatur:

℥ Expressionis ℥iiij.

Syrupi rosati solut. ℥j.

Mannæ Calabrinæ ℥vi.

Misce, sic pro vno, & altero haustu.

Sumpto hoc medicamento caput apoplegmatismate expurgetur isto modo:

℥ Rorismarini.

Origani.

Saluæ.

Rutæ ana m. s.

Rosar. rubear. p. s.

Radic. Zinziber. incisar. ℥j s.

Pyrethri ℥iij.

Decoq.

Decoq. in lib. ij aquæ ad medietatis consumptionē, colaturæ add. Aceti rosacei acerrimi ꝑj. Detur pro gargarismate, quo matutinè os abluat: Isto modo euacuato capite, decoquatur in aqua & vino origanū, atq; in decocto calido spongia madefacta & expressa, ea auri affectæ adhibeatur. Iniiciatur deinceps per calamum vna vel altera gutta aquæ cardui hoc modo destillatæ: ℞ Fol. cardui mundatorum & siccorum m j. Aspergantur spiritu vini, & in vas vitreū, quod bociam appellant, imponantur, atque aquæ cardui q. s. affundatur, superpositoque alembico vitreo destilletur in arena. Destillatum in vitro clauso seruetur; & cum vti voluerit, parum de eo in argenteo cochleari calefiat. Iniectum auribus in aduersam partē caput declinet, exiguo tempore, deinceps rursus elabifinat. Aures perpetuò lana xylyna, quæ odorem velex moscho, vel ambra contraxerit, concerpta muniat. Caput non refrigeret, & ne auribus ventus molestus sit caueat. Postremò naribus atrahat:

℥ Succimaioranæ.

Betæ, cū aceto rosac. extract. an. ℥j.

Zinziber. subtiliter pulu. ℥j.

Misc. & intincto linteolo naribus imponat, & fortiter pituitam elicere conetur. Id matutinis horis post usum apophlegmatis faciat. Cū auris mundanda est, non confricet auriscalpio; sed linteolum molle intortum instar torūdæ imponat, atque hoc modo mundet. Humectare etiam illud aqua cardui poterit. Hæc si diligēter fuerint obseruata, spero, siquidem recens est malum, breui omnia meliora futura. id, vt annuēte DEO fiat, precor. De defluxu ad coxendicem, genu, quem in suris atque soleis pedum stupor sit consecutus, cū haud dubiè omnia iam sint mutata, quid consilii dare debeam, non video. Materia haud dubiè fuit tenuis, & beneficio naturæ ad istas partes depulsa. Sudor & temperata calefactio, ac diligēs victus ratio ista possunt corrigere, nec multis medicamentis indigere videntur.

I O H A N. C R A T O

A K R A F T H E I M, & C.

C O N-

CONSILIVM III.

In catarrho, cum compressione Diaphragmatis, pro quodam Nobili Viro.

TAM necessarium est laboranti corpori ægro medicinam adhibere, quàm sano cibum. Vires etiam quemq; suas agnoscere æquum est, ne grauiora in se suscipiat, quàm ferre queat. In hac quidem consideratione sæpè à Melancholia impedimur, & opiniones vim inferunt. Sed nihil difficile pietati & prudentiæ tuæ. Catarrhus multis nunc familiaris est, ac sola victus ratione, quam Hippocrates tutissimam medicinam appellauit, curari potest. Decoctum raparum cum butyro & saccharo multum iuuat, ac si quid flatulenti est in rapis, id aniso adiecto, vel guttula vna olei anisi corrigi potest. Thuris etiã granũ vnum sub noctem assumptum roborat & exiccet. Crede mihi, & vera affirmanti crede, malum illud in Diaphragmate maximè esse ex flatibus. Ac succus cardui, ad modum syrupi facti, oxymel, & extractum calami aromatici corrigēt. Magni labo-

ris, & industriæ singularis est facere extracta, ac vix præsentis pharmacopœi, & destillationum peritissimi instrui possunt. Itaque non video quo pacto domi parari possit. Mitto hoc quod mihi erat relictum. Inunctio cum oleo chamomelino nõ poterit obesse, etsi verear ne minus profit, quàm velim. De purgatione nihil possum hoc anni tempore consilere. Quæ superiori anno ineunte vere profuit, ea nunc ineunte hyeme haud dubiè obesset. Omnia suum tempus habent. Itaque ver expectandum. Formulam arbitror vos habere. Nã descriptionem, si rectè memini, cum consilio dedi. Boli usus est in catarrho tenui præparando. Expecto adhuc à meo affine, qui est apud Dominũ Schvendum, si fuisset ad manus mittere non intermissem. Accipietis autem hîc oleum vitrioli: Assumitur mane vna guttula in iusculo carniũ, vel gallinarum. Extenuat humores pituitosos atque consumit, omnesq; vias viscerum aperit. Putredinem inhibet, & humidiora corpora plurimum adiuuat, sed ficcioribus temperaturis raro, & non nisi

sine

si necessitate aliqua urgente exhibendum. Viennæ. 28 Nouemb. 1567.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM IIII.

In Catarrho.

DE Valetudine tua cognoui omnia. Vides quæ in magno mundo, non modò in singulos dies; verùm horas prope modũ mutationes fiant. Quid igitur miramur, si eadem corporibus humanis, quæ rectè quidam paruum mundum appellarint, accidât? Ista omnia symptomata sunt à Catarrho, quo nunc infimi atq; summi laborant. Imperator aliquot diebus cubiculum non est egressus. Epatis & cerebri vestri intèperies prorsus mutari non poterit. Ideoq; eo modo, quem præscripsi, fouenda, & causæ, quæ magis alterent cauendæ. Pulmoni parcendum esse monui. Mitto orbiculos ex calami aromatici extracto, quibus vteris cū voles, modò à cibo non statim sumantur. Inunctiones pectorales non satis probo. Nam etsi ad expectorandam materiam,

22 CONSILIOR. MEDICIN.

quæ in præsens adest, faciant; tamen la-
xiores partes, & magis fluxionibus ob-
noxias efficiunt. Sed illam, cuius descri-
ptionem misisti, modò non multùm &
nimis frequẽter ea vtaris, nõ poterit ob-
esse. Oxymellite cum aqua cinnamomi,
atque istis orbiculis, vt vtaris, & capiti
interdum puluerem rosarũ rubearum in
sacculo adhibeas capiti consulo. Si pa-
rum succini albi puluerisati addes, re-
ctè facies. Hæc de tua valetudine, & plu-
ra quando voles. Viennæ, 3 Febr. An-
no 1568.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM V.

In catarrho delabente ad pectus.

PODAGRA sæpè à morbis pectorali-
bus liberat. Idem si hîc faceret, non
omninò malè cùm ægro actum videre-
tur. Sed cùm nihil adiuventi consequa-
tur, in curatione corporis primùm ad
morbum pectoris, deinde pedum re-
spiciendum. Iuuabimus pectus iis, quæ
vel

vel intercipiunt catarrhum, vel materiam delapsam in pectus euacuant. Intercipiunt, quæ densandi vim habent, vt boli Armenæ vsus cum saccharo rosato, Diatragacathum frigidum siue camphora, & quæcunq; crassio rem materiam reddunt. Sed ab his tamen tota curationis ratio non pendet. Itaq; ad euacuantia caput, totumq; corpus deueniendum, materia prius præparata. Præparabitur autem decocto calami aromatici, cui parum sacchari addatur, in aqua veronicæ. De hoc decocto bibat aliquot diebus matutinis, & se post assumptam potionem in lecto contineat. Vtatur deinceps tali purgante medicamento:

℥ Passular. min. p. j.

Ficum num. ix.

Agaric. albiss. ʒ ij.

Zinziberis ʒ ss.

Decoq. in s. q. aquæ puræ, & decocti

Syrupi rosati solut. (ʒ iiii. add.

Mannæ Calabrin. an. ʒ j. Mis.

Bibat hæc potionem bis in hebdomada.

Deinceps aliquot diebus lambēdo matutinis horis sumat sequens Elegma.

24 CONSILIOR. MEDICIN.

℞ Syr. de succo veronic. ℥iiij.

Extract. calami aromatic. ʒβ.

Ireos tantundem. Misc.

Ethæc de morbo pectoris atque gutturis.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM VI.

*In Catarrho cum torpore pedum, eructatione
ventriculi, & aliquando etiam dolore
renali, pro quodam No-
bili.*

CV M confidero partium totius corporis constitutionē, nō mediocrem membrorum principalium dyscrasiam reperio. Epar enim & renes mirum in modum excedunt in calore, ventriculus in frigiditate, vt non mirū sit Dominum per interualla sentire grauitatem capitis & dolorem renalem. Intemperies siquidem Epatis calida, & ventriculi frigida, omnium fluxionum & destillationum principales causæ existunt, præsertim si intemperies humida cerebri concurrat,

rat, quæ etiam non accedentibus his intemperiebus à leui quaq; causa, præcipuè frigida, offenditur, præsertim si accesserit tempus vel autumnale, vel hyemale. Hæc itaque intemperies humida cerebri materiam à ventriculo ad se demissam neq; conficere, neq; consumere potest, vt necessum sit in capite materiam redundantem capitis grauitatem concitare, quæ postmodum sua mole ad nucham delapsa per spinalē medullam partim ad pedes descendit, ibiq; torporem, & in talo lenem dolorem excitat, partim per venas emulgentes deuenit ad renes, ibi talis materia pituitosa fixa in cauernitate renum permanens, à calore & renum & epatis in arenam, calculumq; arenalem adurendo conuertitur, quod faciliè ex formatione laterum in hoc magno mundo demonstrari potest. Vnde apparet causam horum morborum principalem esse fluxionem seu destillationem à capite, quæ ob diuersos locos, ad quos delata fuerit, diuersos excitat morbos. Propulsa etenim ad pedes torporem pedum, ad renes renalem

dolorem, ad ventriculum eructationes perpetuas, ad fauces screatus cōcitat, ita vt non mirum sit singulo mane per screatum excerni magnā pituitæ copiam. Idcirco cū tot lædantur membra à destillatione ista, timendum ne grauiora ingruant mala, quæ & vitæ periculum minarentur. Eapropter præueniendum, vt isti morbi abigantur, & si non ex toto, modò diminuantur, ne tam sæpè reuersi periculum vitæ intendant. Porro cū horum morborū per interualla inuasio fiat, duplex propellendi modus requiritur. Alter dum adsunt extirpentur; alter cū non adsunt, prouideatur ne fiant. A primo ergo inchoans, hoc est, destillatione, quæ iam actu existens prælibatos excitet morbos, vtpote grauitatem capitis cum torpore pedum, & eructationem ventriculi, aliquando etiam dolorem renalem. Dico, cū omnis repletio tollatur euacuatione, necessum est etiam fluxionem & destillationem hanc tolli euacuatione commoda, cū sub repletionē cadat. Cū igitur ista destillatio seu catarrhus sit materia pituitosa

fatis

fatis subtilis à capite descendens, medicamentum conueniens, respiciensq; talem materiam exhibendum est, non tamen neglectis membris, ad quæ defluit. Causa etenim ablata tolletur effectus. Verùm cùm euacuatio moliri non possit, nisi materia concocta fuerit, ideo primò concoquenda est. Sed cùm turgeat, hoc est, ab vno membro ad aliud feratur, vt fieri solet, nulla coctio materiæ expectanda, sed statim molienda euacuatio materiæ peccantis. Ad euacuandi modum non est forma accommodatior medicamento pillulari. Cùm autem videam te adeò abhorrere, in potabili forma exhibeatur tali modo;

℞ Rhabarbar. el.

Troch. de agarico an. ℥j ℞.

Zinziberis.

Salis gemmæ an. ℥℞.

Infundantur in ℥ij mellis rosacei colati per decem horas, addito parùm vini maluatici, deinde benè exprimantur: cui addantur, Decoctionis agrimonix, Iux arthriticæ, cichorij, endiuix ℥ij ℞,

Misc. f. potio & propinetur. Ego tamen magis confiderem vsui pillularum, quas antè Domino exhibui. His peractis procedendum, quemadmodum in modo præseruandi tradetur. De dolore renali alius agendum, siquidem hic vt plurimum à causa aliqua externa irritatur, vt pote potu vini rubri, vel penduli, etiam à musto, vel cereuisia non benè depurata. In quo casu necessitate vrgente dolori primò occurrendum, siue solus, siue cum reliquis morbis inuadat. Quippe virium robur mirum in modū destruit. Quapropter si cum reliquis morbis cōiungatur, præmissa euacuatione exhibeatur postea pōdus aurei vngarici pulueris transmissi in aqua fragorum. Quod si solus venerit, absq; purgante medicamento præbeatur. Et hæc quantum ad affectus actu existentes spectat, dicta sufficiant. Reliquum est modò, vt de præseruatione agatur, in qua summa diligentia adhibenda est, ne eiusmodi morbi reuertantur. Siquidem quotidie tum ob epatis & ventriculi imbecillitatem, tum ob capitis intemperiem materia pitui-

tuitosa cruda & subtilis coaceruatur, cuius rei argumento est materia manescratu reiecta. Si enim indies non coagmentaretur, profectò matutino tempore tanta per sputum copia minimè reiiiceretur. Ne igitur destillationis aduentum formidemus, intēperies dictorum membrorum amouendæ sunt. His enim non ablatis, neque catarrhus præcaueri, quid dicam ex integro tolli, poterit. Itaque præmissa euacuatione, quæ assignata est, epar, stomachus & caput principaliter roborentur. Robur autem addetur illis si calida intemperies epatis, frigida verò ventriculi, & humida cerebri tollitur. Hoc facto neq; materia superflua ad caput ascendet, neq; cerebrum etiam si ascenderet materia, eam vel reciperet, vel citò consumeret, atque ita probè alimentum proprium in sui substantiam conuerteret. Verùm insurgit magna difficultas de stomacho frigido, & epate calido, quomodo nimirum frigidus ventriculus possit calefieri, ne simul epar inflammetur. Siquidem quæ ventriculum calefaciunt, eadem ple-

runque & epar inflammant, atque cerebrum replent. Huic autem malo Galenus præuenire studens excogitauit compositionem, quam nomine Diatrion piperon donauit. Hoc equidem medicamentum singulari vi præditum est calefacere ventriculum, ne eius calor communicetur epati. Nam cum constet ex tribus generibus piperis, quarum facultas calefaciendi in substantia tenui consistit, exoluitur antequam ad epar deueniat. Est itaque conueniens & calefaciendi, & tollendi intemperiem ventriculi medicamentum. Utatur igitur Dominus in septimana bis his rotulis mane ante prandium, per horam videlicet, die solis & die Mercurij. Ad tollendum verò calorem epati, ne etiam stomachus refrigeretur, accommodatissimæ erunt radices cichorij conditæ, quibus utetur reliquis diebus eodem tempore, dum utebatur rotulis. Hoc si factum fuerit, simul etiam cerebri auferetur, præcipuè si bona concoctio procurabitur, quæ in optimo rerum non naturalium usu consistit. Pone & hoc addendum est, etiam si

etiam si exquisitum viuēdi regimen obseruetur, membraque laesa robur acceperint, tamen semper aliquid superfluum humorum coaceruatur, quos equidem adimere oportet. Conueniens tempus est Maius & September, quibus mensibus singulis annis superabundantium humorum etiam ex vsu dextro ciborum, resultantium copia detrahenda est, ea denique moderatio ne exequendum ne aliqua noxa ventriculo, vel epati inferatur, sed potius eorum vis augeatur, quod subscripta facient catapotia:

℥ Hieræ simpl. Gal.

Rhabarb. el.

Agaric. albiss. an. ʒj.

Myrobal. chebul. ʒʒ.

Terantur & succo agrimonix excipiantur, cumq; vino maluatico f. massa, cuius dosis ʒʒ. Postea ieiunus bibat sequentem potum:

℥ Herb. agrimon.

Chamæpyth. an. m. ij.

Decoq. in s. q. aq. ad tertias, ℥ decoctionis ʒ iij. add.

Mellis rosac. colat.

oxymell. simpl. an. $\frac{3}{4}$ ℥. Misc.

Hac potione ter assumpta, reiteret dosin pillularum. sin pillularum vsu abhorreat, loco earum sumat puluerem, cuius supra mentionem feci. Cæterum si Dominus assuetus sit mittere sanguinem, fieri potest, vt his præmissis, aliqua secetur vena, ita tamen vt parcè sanguis exeat. Porrò cùm nullum medicamentum ita præstans sit, quod absq; dextro rerum non naturalium vsu suas exercere vires possit: danda est opera, vt minimum in his peccatum committatur. Aër ergo sit temperatus, non multum declinet ad calidum, neq; ad frigidum. Quapropter hoc tempore dum exeundum est, muniatur bene caput; in hypocausto apertū sit. Vitandus tanquam pestis aër matutinus, & nocturnus, itē nebulosus. A ventis, & radiis solaribus caput immune sit, & pedes à frigore. Item odorata etiam fugienda, quoniam summo opere replent caput Hippocrate teste. Curet præterea matutino tempore, vt se per screatum, & per tussim mundet,

det, studeatq; quàm fieri potest, vt per
nares fiat; deinde adhibeat, si per tem-
pus licet frictions scapularum cum lin-
teis asperis & calefactis. Cùm autem ca-
put lauare voluerit, sit lixiuium ex plu-
uiali aqua, in qua multotiens candēs fer-
rum extinctum sit, paratum, quæ aqua
postea per sacculum excoletur, pyrami-
dali forma consutū, præter modicos sar-
mentorū vitium cineres, asaro, absin-
thio, saluia, camomilla, & rosis rubeis se-
mipenum, post perfusionem caput lin-
teolis calidis sæpius fricando exicquetur.
Dabit etiam operam ne corpus graue-
tur crapula, ebrietate, & commessatio-
nibus nocturnis, quæ equidē seminaria
sunt fluxionū. Vinum sit tenue, album,
& limpidum, aut huius loco cereuisia be-
nè cocta, optimeq; depurata. Fugiendum
vinum rubrum, crassum, & pendulum, &
cereuisia impura, in qua etiam magna
lupuli copia decocta sit. Somnus diur-
nus non sit, neq; in loco humido. His di-
ligenter custoditis, etiam calculus re-
num euitabitur, ad cuius tamen amplio-
rem cautelam nō abs re fuerit renes per

unguentum rosaceum Mesue, adiecto si opus fuerit, solatri succo, refrigerare. Et hæc nunc mihi occurrerunt, quæ brevibus complecti volui, non ea ratione ut te monearem, alioquin ingenio & studio in conservanda valetudine præditum; sed ut morem tibi gererem, promissisq; satisfacerem.

ABRAHAM SEILER, ILLV-
STRISS. PRINCIPIS BRE-
GENSIS MEDICVS, &C.

CONSILIUM VII.

*De materia Catarrhi per nares excernenda,
aluoq; turbata sistenda.*

Duo sunt, de quibus Dominus ad-
monendus est, primum, quo pacto
materia catarrhi per nares excernenda
sit. Deinceps, qua ratione turbata alius
sistenda, quod ad primum attinet, non
parum obstructio illa in naribus ad pe-
ctoris angustiam facere videtur. Itaq; ve-
sperrinuat partem superiorem nasi, in-
ter oculum utrumque, hoc unguento:

℞ Adipis anserni.

Ol.

Ol. amygd. amar. an. $\zeta\beta$. Misc.

Mane intra nares attrahat hūc succum:

℥ Betæ.

Maioranæ an. m. ij.

Contundantur cum aceto, & exprimatur succus, qui actu calidus trahatur intra nares. Quod si iste succus parum faciet, decoquatur Agaricus cum modico zinziberis in aqua hordei, addita maiorana, & parum oxymellitis, & attrahatur per nares.

Cæterum vbi turbatior aluus fuerit, nec assumpta bolo consistere volet, deglutiat ad magnitudinem auellanæ, vel theriacæ, vel mithridatij, & ventriculus inungatur isto vnguento:

℥ Ol. Mastic. ζj .

Citonior. tantund.

Nucis Moschatæ. $\mathcal{D}j$.

Mastich. $\zeta\beta$.

Ceræ parum, Misc. f. vnguentum.

Cum cor dolere videtur, isto vnguento vtatur:

℥ Vnguenti rosat. Mes. $\zeta\beta$.

Sp. cordial. temperat.

Santal. citrin.

Zedoariæ a. ℥j.

Ol. caryophyll. gr. iij. Misc.

IO. CRATO à KRAFT-
HEIM, &c.

CONSILIVM VIII.

In catarrho illabente in pectus, quam difficultas spirationis consequitur, cardialgia, lienis obstructione, capillorum defluvio & facie irubescunt;

CV M affectiones & indicationes curatiuæ diuersæ sunt, difficiles plerunq; sunt medicationes. Itaq; cautè agendũ, & ad id præcipuè, quod vel maximè vrget, vel reliquarum affectionum quasi causa est respiciendum, ne dum vni parti succurrere studeamus, alteram lædamus. Primùm verò intuenti temperaturam huius corporis, insignis epatis dyscrasia calida, cuius indicia facies ipsa commonstrat, occurrit. Ventriculi autem intemperiem frigidam & humidam, cum à frigido potu, conserua rosarum faciliè offendatur, satis possumus
colli-

colligere. Hinc non mirum, si multi vapores ad caput ferantur, qui cum catarhum concitant, isq; in pectus illabatur, difficultas illa spirationis consequitur. Splen quoq; propter feculenti sanguinis copiam grauatur, & ortis obstructionibus à crassioribus humoribus, prohibitaq; transpiratione febres lentę consequuntur. Corruptis etiam humoribus vapores, qui ad cutim deferuntur, ex quibus pili nascuntur, corrupti, radices pilorum vitiant, ita vt exiguum defluuium consequatur. Hæc omnia in ista ætate, & viribus comminutis, diligentem potius & assiduam, quàm subitam aliquam & vehementem curam requirunt. Itaq; initio optimum virũ adhortor, ne omniũ nugis credat, aut grauiora, quàm necesse sit, metuat, vt Phthisin, & somnia illa de accretione pulmonis, similesq; ineptias, nec Melancholicum humorem, quo quidẽ non minus, quàm pituitoso abundat, tristibus atq; sollicitis animi cogitationibus augeat, verum (id quod facit) primum Deo benignissimo vitam & valetudinem commendet, de-

inde huic nostro cōsilio obtemperet. Si fortasse res nō omninō succedet ex sententia, aut leuis aliqua alteratio cōsequeretur, (modō febris, aut graue malū non sit, de eo enim me admonere per literas poterit) nō propterea à præscripto discedat, sed cōstantia & tolerantia pugnet ad hunc modū. Primū, vt rectissima sit victus ratio, sine qua optima medicamēta, interdum non solū, parū efficacia, verū etiam noxia sunt, operādet. Vitet omnia, quæ vel ad cruditatē, vel adustionem humorum faciunt, cū isti contrarij quasi humores in corpore proueniāt, & affectionib. causam præbeant. Humores crudi nō solū ē crudis cibus, & quos calor ventriculi debilis exactē nō potest cōficere proueniunt, verumetiam cū varij, quorum concoctio non eodē tempore fit, & mistio conueniens est, cibi assumuntur. Vitet igitur varietatem ciborum, & rarō piscibus, leguminibus, oleribus, lacticiniis, auibus palustribus, carnibus agninis, & pituitosis, etiam duriorib. vescatur. Caueat ab omni repletionē, nec prius alium cibū ingerat, quā cū eum, quem prius sumpsit, concoctū sen-

ferit. Itaq; iustū spacium inter prandium & cœnam interponat. Aduſtos humores augent ſalſa nimiū, vel aromatis condita, vel fumo macerata, carnes durę, vt bouinæ veteres, ceruinæ & leporinæ, ſed iuniores leporinæ conuenientiores ſunt. Vitāda frixa in ſartagine, placentæ, item allij & cæparū vſus; Raparum, modò ſint probè coctæ, ſatis cōueniens eſt. Sed ſingula, quæ conueniant, cūm de cauendis monuerim, recensere non oportet. Et ſpero virum optimū, qui iam diligēti obſeruatione animaduertit, quæ noceant, hac quidem in parte valetudini ſuæ non defuturum. Itaq; de cæteris rebus, quas medici non naturales vocant, pauca ſaltem monebo. Aëris exceſſum omnem fugiat, & cœlo humido atq; frigido, aëreque ventis turbato domi ſe contineat. In cōclauī interdum fumum ex ſola ſtyrace calamitha, fornaci vel carbonibus impoſita, aut in aqua roſacea calido tempore elixa, ita vt fumum expiret, cōcitare poterit. A ſomno meridiano, lectio-
ne, & ſcriptione poſt prandium ſibi temperet. Nec à cœna legat, nec ſcribat.

Non autem nisi prius tribus, vel certè duab. horis, post cœnam temperatam, (quæ catarrhosis & difficulter spirantibus inprimis conuenit) cubitum eat. De frictione partium extremarum post somnum, de ambulationibus & exercitiis leuibus antea monui. Quæritur autem à me, an corpus & caput lauare possit. Ostensum est crudos humores & adustos simul contineri in corpore. Ad crudos coquendos, & adustos contemperandos, nihil melius, quàm sæpe insidere labro aqua è fluuio hausta, & temperatè calefacta pleno. Sed vaporaria illa sudatoria omnino vitanda censeo. Caput autem singulis septimanis ante cœnam, nec deinceps in aërem egrediatür, abluere poterit, & in lixiuio coquat rosas rubras, capillum veneris, & parum maioranæ. Si loco maioranæ abrotanū, propter defluuium capillorū, sumeret, non inconueniens esset. Multò autem magis conueniret, si non tam lotionem, quàm abstersione, spōgia videlicet in lixiuio prædicto madefacta vteretur. Ita enim facilius caput abstergi & siccaripotest.

est. Nam ne nimia fricatione in abstersione, vel calefactione catarrhus moueatur, cauendum. Cucurbitulas & scarificationes adhibere intra bimestre, vel trimestre semel scapulis conuenientissimū videretur. Sed non è regione pectoris figendæ sunt, ne materia ad pectus trahatur, verum propè humeros, vel lumbos applicandæ. Porrò quod ad affectionem attinet præcipuam, in ea sum sententia, in qua me Pragæ esse ostendi, videlicet eam esse Dispnceam, cuius curatio in eo cõsistit, vt crassa & viscida in pectore contenta incidantur, attenuentur, & educantur, ita tamen, vt tenuis catarrhi, qui accedit aliquando, habeatur ratio. Vt igitur hîc sum partim incidentibus, partim roborantibus, & tenuem catarrhum sistentibus. Ad incidendum exhibui oxymel cum aqua cinnamomi. Ad eandem intentionem, & simul etiam roborare pectus, ac maturare crassiorem materiam studens, syrupum è succo cardui, veronicæ & scabiosæ. Ad tenuem catarrhum syrupum violaceum cū bolo armena, quæ in morbis pectoralibus mirificè conue-

nit. Hæc autē ostendēt remedia à me in pharmacopolio præscripta. Ut autē totū corpus roborarē, quod mediocriter vacuante medicamēto, & sanguine missō, iam expurgatum fuerat, dedi Mithridatii optimi drachmam mediam. Ista quidem huc vsque facta sunt. Sed cū nondum difficultas spirandi planè remittat, ventriculus etiam, & epar, cum splene sæpè negotium facestant, his affectionibus, qua ratione subueniēdum sit ostendam. Primū, ad educendam materiam in pectore, eamque attenuandam, mouendam etiam aluum attinet, nihil conueniētius oxymellite, quod Pragæ quoque præscripsi. Eius autē hæc sit forma:

℥ Herb. Hislop.

Veronic.

Scabiosæ.

Marrubij.

Origan. Pulegij.

Card. benedicti an. m. j.

Rad. ireos incis. ʒ vi.

Zinziberis ʒ j β.

Agaric. albif. ʒ β.

Infun. in aceti lb j β. Aq. veronicæ. Card.

bene-

benedicti an. ℥ss. Stēt in vase vitreo ob-
 turato, loco calido per triduum, deinde
 lento igne decoquantur & exprimātur:

℥ Expressionis ℥jss.

Mellis opt. ℥ss.

Coquantur iterum lento igne, & dis-
 pumentur vsq; ad syrupi formam, ac in
 vase vitreo conseruētur. Imponi poterit
 cinnamomum, Garyophill. & calamus a-
 romaticus, puluerisata omnia, & in pe-
 tia linea ligata, ita vt diutius cōseruetur,
 & sapor suauior fiat. De hoc autem assu-
 mat duo vel tria cochlearia paulatim sor-
 bendo, vbi vel difficultas spirandi mole-
 stior, vel alius astrictior fuerit. Ad pe-
 ctus autem & pulmones roborandos, &
 materiam maturandam, vtile erit vt sæ-
 pè matutinis horis assumat istos syropos:

℥ Syrupi è succo cardui.

è succo veronic. an. ℥iij.

de succo scabiosæ ℥ij. Misc.

Capiat duo cochlearia, & paulatim de-
 mittat. In ore autem ratione tenuioris
 catarrhi teneat istos orbiculos:

℥ Boli armen. oriental. præp. ℥ss.

Cum aqua tussilag. vel violarum, addi-
 to pa-

to parum mucillaginis Tragacanth. f. orbiculi. Vbi verò viscidior materia anhelitum prægrauat, vnum atque alterum de his orbiculis cum syrups præscriptis vel oxymellite deglutiat:

℥ Succi cardui inspiss. ʒ ij.

Gummi ammoniac. ʒ j.

Cùm oxymellite f. orbiculi parui.

Plurimum etiam commédatur hæc portio, quam hic quoque assumpsit:

℥ Sem. fœnugræci.

Vrticæ an. ʒ j.

Basilici ʒ ʒ.

Fol. maluæ.

Violar.

Pulegii.

Capill. vener. an. ʒ j.

Rad. althæ.

Clycyrhizæ an. ʒ j.

Caricar. num. viii.

Et coquantur in lib. ʒ. aq. puræ, decocto add. Mellis violacei ʒ ij. & in formam syrups redigantur. Hanc tribus diebus assumat, matutinis horis calidã, ita vt syrups totus in tres æquas partes diuidatur, præsertim cùm tussicula est molesta.

Hæc

Hæc quidem quod ad affectionē in pe-
 ctore attinet satis esse puto. Cæterum cū
 petat consilium, quid faciendum sit, si in
 longiori sermone grauitas illa spiratio-
 nis superuenerit, hoc moneo, vt cūm aër
 frigidior est, in ore detineat portiuncu-
 lam nucis Moschatae tostae. Vbi verò ca-
 lidior bolum armenam aqua rosacea di-
 lutam. Cæterum optimum bolum, & ar-
 mena non inferiorem, habere poterit ex
 locis vicinis, Transyluaniae præcipuè ad
 Toccæum seu Tokai. Ad Stomachi affe-
 ctiones, quas veteres, cūm orificium il-
 lius patiat, cardialgiam dixerūt, in pri-
 mis errata in victus ratione vitanda. Ea
 verò si præter opinionem acciderint, de-
 glutire aliquot grana integri piperis, ma-
 ximum albicantis poterit, & ventricu-
 lum isto vnguento inungere:

℞ Oliuar. opt. ℥ iij.

Vini optim. ℥ j.

Summit. absin. Roman. m. ℞.

Fol. menthae crisp.

Rosar. rubeat. a. p. j.

Decoq. vsq; ad vini consumptionem, &
 exprimatur fortiter. Expressioni ℥ iij. ad.

Pul. Garyophyll. ʒj.

Lig. aloës ʒß.

Mastich. ʒiiij.

Ol. nucis Moschatæ ʒj.

f. vnguentum, & seruetur vsui.

Poterit etiam imponi panis tostus aspersus pulueribus Menthæ siccæ, Garyoph. & Nucis Moschatæ, atque modico vino bono odorifero humectetur. Thuris etiam granum vnum, vel alterum cū Mastiche deglutire hora decubitus, cū nimium vrget dolor, vel à prandio vti isto puluere plurimum proderit:

℞ Panis albi tosti ʒijß.

Coriand. præpar. ʒj.

Cinnamomi. ʒj.

Mastich. pulu. ʒij.

Sacch. albiss. ʒiij. Misc. f. Tragæa.

Ita autem subueniendum est frigiditati vetriculi, ne calidum epar offendamus. Proinde illud decoctū radicū cichorii ex iurē pulli, frigiditate minimè lædit, & epar plurimum adiuuat. Potest etiam floribus cichorij saccharo conditis vti, ita vt eas mane assumat. Sed vereor ne eque ac saccharū rosatum offendāt. Proinde

inde tutissimum est, vt recta victus ratione, & præsertim potu epati consulatur. Facilè enim medicamentis refrigerantibus, vel intra corpus datis, vel foris adhibitis, cùm caliditas ista epatis, quasi naturalis esse videatur, errare poterit. Ac senibus quidem calor, quàm frigus, præsertim qui humido præternaturali abundant, conuenientiùs. Cæterùm cùm acriores fumi transmittantur ad caput, & radices pilorum lædant, atq; defluuium capillorum efficiant, in facie etiam ruborem quendam nimium inducant: ad firmandas radices capillorum, & humores contemperandos vtile erit hoc vnguentum:

℥ Ol. ouorum ℥ β.

Ladani ℥ vi.

Pingued. vrsi ℥ ij.

Chartæ vstæ.

Nucis auellan. vst. an. ℥ β.

Pul. gran. myrthi ℥ j.

Misc. f. Vnguentum.

Vngatur isto vnguento mane, postea vespere ante cenam abluatur caput lixiuio, in quo abrotanum, & capilli veneris de-

coquantur. Ad eandem intentionē ster-
cus capræ in cinerem redigatur, & mi-
sceatur cūm oleo ouorum, addaturque
gutta vna olei garyophyllorum, vel pul-
uis garyophyllorum propter maiorē effi-
caciā, & odoris gratiam. Vt verò rubor
faciei tollatur, primūm facilioribus re-
mediis vtendum. Commendant autem
succum pomorum acetosorum, si eo ve-
speri facies inungatur, & mane aqua, in
qua amygdalæ & semina melonum ita
comminuta sint, vt quasi lac appareat,
abluatur. Quod si hoc non prodest, acci-
piatur ouum integrum, & impone qua-
triduò aceto fortissimo, donec corticem
molliorem redditam appareat, & tunc
accipe albumen oui, eiq; admisce Thu-
ris, Mastichis, ceruss. an. ʒj. f. Vnguen-
tum. Rectè etiam ista aqua & magno suc-
cessu adhibetur:

℥ Lithargyri præpar. ʒß.

Aceti ʒ iij.

Bull. vsq; ad tertiæ consumptionem, & in
alia olla bulliant:

Salis.

alumin. a. ʒß.

Thuris

Thuris ℥j.

Aq. rosar. ℥ss.

Commisceantur deinde omnia posteaquam per linteolum fuerunt colata, & habebis lac, quo facies abstergatur. Hoc cæteris non conferentibus, non solum maculas rubras faciei tollit, verum etiam pustulas aufert. Potuit eo mane, & vesperi uti. Ut autem totum corpus roboretur, vellem singulis mensibus semel vel bis, præsertim cum frigidior est aer, accipere de optima antidoto Theriacæ, vel Mithridatij, ad drachmã mediam, in aqua veronicæ, vel cardui benedicti, mane quatuor horis ante prædium. Et cum pectoris ratione, tum verò ventriculi & splenis, in usum habere oxymel, cuius descriptio sequitur:

℥ Aq. haustæ è fluuio ℥viii.

Aceti acerrim. ℥j.

Mellis puri ℥ij.

Et coquantur lento igne ad lib. iij. consumptionem, ac semper despumentur, In fine decoctionis impone cinnamomi puluerisati, ac in petia ligat. drachmas duas, seruetur in vase vitreo. Hæc quidẽ

ad sustentandas corporis vires, & affectiones præternaturales minuendas hoc tempore præscribere visum est. Quòd si alia requireret necessitas, nullo loco, vel tempore, studium benevolentissimi hominis vir optimus in me desideraturus est. Ista verò vt salutaria benignissimus Deus esse iubeat precor. Viennæ.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIUM IX.

In dyspnœa.

HANC affectionē nihil aliud, quàm *δυσπνοία* esse, quā Galenus seiunctam voluit ab Asthmate, seu anhelatione, & *ὀρθοπνοία*, satis apparet. Nā Asthmate affecti densum spiritum habēt, & simul thoracem distendunt, atq; inter respirandum quasi stertūt. In orthopnœa autē non nisi recta ceruice spiritus trahitur, & iacentes suffocantur. Vtraq; autē affectio, vt Celsus monet, acuta læpè & periculosa est, sed quod in dyspnœa propriè dicta euenire non solet. De Empyemate autem miror vos cogitasse, cum sciatis Græcos *εμπίκουε*

εμπίκουε

πυλίκους & ἐμπύους appellare, qui purulenta re-
 iiciūt, & continua febre laborant. Est au-
 tem Galeno δυσπνοία densa respiratio ei-
 tra sonum, anhelationem & febrem, (li-
 cet interdum febricula possit accedere)
 in qua propagines asperæ arteriæ, quæ in
 pulmones tendūt, afficiuntur; ita vt non
 tantūm exsufflare possit, quantum ve-
 lit. Colliguntur verò non modò in pul-
 mone, verumetiam in reliquis partibus
 thoracis frigidi & crassi humores, qui
 sæpè flatuantur, & distensiones efficiunt,
 sæpè non nihil putrescunt, & febriles ac-
 cessiones parant. Communis autem cu-
 ratio est, nisi tenuis catarrhus accedat,
 per ea quæ crassitudinem, & viscosita-
 tem humorum attenuant atque inci-
 dunt. Itaque eligendus aër parum ad ca-
 lidum & siccum vergens, ac humidior.
 & frigidior vitandus. Cibo vtèdum sim-
 plicissimo & attenuante. Carnes modò
 non sint duræ, vel nimium pingues,
 conueniunt, maximè verò elixæ petro-
 selino & feniculo. Pisces vitandi. Item
 cruda omnia, lacticia etiam, & in sarta-
 gine cocta oua cum butyro. Placentę pa-

rùm probatur. Vini potus, præsertim Bohemici, Morauici, vel Austriaci non potest concedi, Vngarici multò minus. Cereuisia autem crassos humores, nisi probè defecata sit auget. Proinde rectissimum esset, si in quinque libris aquæ coqueretur ℥j. Zinziberis, ita vt vna libra absumeretur, adderenturque folia saluie sex, & sacchari vel mellis cochlearia tria, ita vt diligenter spuma detraheretur. Biberet autem posteaquam biduum in loco frigido stetisset. Hic potus haud dubiè conuenientissimus & medicinæ loco esset. Possent etiam parum raucis glycyrrhizæ addi. Somno vtatur moderato, caputque sublime habeat, nocturnum aërem nō admittat, in locis humidis non dormiat, diurnum somnum vitet. Post somnium totum corpus, maximè brachia lentè fricet. Pedes etiam abluat ex decocto betonicæ matutinis horis, & eos fortiùs fricet. Deambulationibus lætis ante cibum vtatur. Videat vt aluus aperta sit. Vbi fuerit astrictior matutinis horis tribus ante cibum, istum accipiat bolum exiguum;

℥ Agaric. Trochisc. ℥ ij.

Cum melle rosato & syr. conseru.

Zinziberis f. bol.

Vel tria cochlearia de isto oxymel.

℥ Herb. hissopi.

Origan.

Marubii.

Pulegii.

Veronic.

Scabiosa.

Card. bened. an. m. j.

Rad. ireos incis. ℥ j.

Agarici albiss. ℥ x.

Zinziberis ℥ ij.

Et decoquantur in q. s. aceti, affusa tertia parte aquæ, & addatur mellis purissimi. q. s. & coquatur ad oxymellitidis spissitudinem. De hoc etiam sæpè, quotiescunq̃ue difficultas spirandi vrget, cochlear vnum paulatim sorbèdo deglutiat. Clysteria vehemèter in ista affectione commendantur, sed si ab iis abhorret, non vrgeo. Potiones autem solutiuas, cùm nesciam an in pharmacopolio ad manus sint, non præscribo. Cæterum ad leniendum malum plurimum proderit deco-

Etum ex ficibus, fænugræco, & hissopo cum melle si sæpè assumatur. Commendatur etiam ius galli decrepiti cum iis herbis, quæ ad compositionem oxymelitis prius descriptæ fuerunt. item, Orbiculi diaireos cum oleo anisi. Item vsus aquæ destillatæ ex hedera, cum syrupo de hissopo. Maximè verò Drachma vna Trochiscorum de violis siue scamoneo, ita vt cum syrupo de hissopo conformentur pillulæ, numero IX. Pro pectore etiam hoc vnguento vtatur:

℞ Mucillag. sem. althææ.

lini an. ʒβ.

Dialthææ.

Adipisanatis.

Butyr. rec. an. ʒβ. Misc.

His medicamentis si rectè vsus fuerit æger, spero auxiliante DEO absque aliis fore melius. Si quid autem deinceps à me fieri poterit, promptam & paratam gratificandi voluntatem V. H. experietur. Pragæ, Mense Aprili, Anno 1567.

I O H A N. C R A T O

A K R A F T H E I M, &c.

CON-

CONSILIVM X.

In grauitate pectoris, & spirationis difficultate, ac metu Phthiſeos.

EX illis quæ modò relata ſunt, intelligo colligi in pectore, vel etiam faucibus, materiam quandam viſcidam, eamque manere reiici cum tuſſi, ac deinceps ægrum nihil mali ſentire. Redire autem grauitatem quandam pectoris & ſpirationis, tribus vel quatuor horis, deinceps quæ remittat ſumpto cibo, laſſitudinem tamen quandam in corpore eſſe, verùm non perpetuam, & emaciari aliquo modo corpus, atque Phthiſin præſtantiffimum virum vereri. Etsi autem de his omnibus ſatis ſuperq; meam ſententiam expoſuerim, ac imaginationem iſtam de Phthiſi eximere ſim conatus, tamẽ cum relabatur, iterum præſtantiffimũ virum admoneo, ne me, licet fortasſe remedia noſtra nõ proſus malum depulerint, nugatoria ſcripſiſſe exiſtinet. Cæterùm materiam in pectore contineri, flatuari, & ventriculum etiam debiliorem eſſe,

multosque vapores, propter epatis caliditatem, ad caput transmitti, & catarrhum, qui difficultatem spirationis auget, inde incrementum sumere, iam antea ostendimus. Itaque quod ad materiam in ipso pectore attinet, magnum præsidium in iis esse, quæ ad educationem faciunt. Verùm nisi catarrhus curetur, impossibile quin ea redeat. De curatione autem perfecta catarrhi & morbi pectoris iam antè quid spei habeam ostendi. Ferenda sunt nobis quædam à Domino imposita, quæ humanis consiliis, vel auxiliis adimi non possunt, nec malum malo temerè curandum. Quia verò exiccationis catarrhi, & roborationis pectoris aliqua spes in usu Guaiaci residet, velim corpus prius expurgari, deinceps decoctum Guaiaci etiã experiri. Nam non expurgatis corporibus illius usum noxium esse, cum humores prauos in vniuersum corporis habitum deducat, scimus. Materia autem quæ purganda est, prius præparetur hoc modo: sumat Gallum veterem ac deplumatum, & mundatum benè, exemptis visce-

visceribus, hisso, veronica, chamædri,
 & carduo benedicto impleat, atq; duo-
 decim dactylos vel ficus addat, coqua-
 tur in olla ampla, ne aliam aquam, ante
 perfectam coctionem affundere neces-
 se sit, factaq; decoctione ius hoc serue-
 tur in vase fictili, de quo bibat mane hau-
 stum ad mediam libram. Si aluum sub-
 duxerit (potest enim aliquid sacchari in-
 iici) vbi ter fuerit sumptum, mittat san-
 guinem. Sin minus cum bis sumpserit,
 tertio addet vnciam vnam florum cas-
 siæ, atq; ita mota aluo, in sequenti die è
 vena axillari dextri brachij, vel media
 sanguinem mittat. Vno die post phlebo-
 tomiam quiescat, deinde rursus deco-
 ctum quinq; diebus bibat. Expurgetur
 tandem corpus isto decocto:

℥ Passul. ʒβ.

Caricar.

Dactyl. a. num. vi.

Iuiub.

Sebesten. a. num. ix.

Herb. Hissop.

Veronic.

Chamæd.

Scabiosæ.

Tussilag. an. m ℥.

Agaric. albiss. ℥ iij.

Fol. fenæ Alexand. ℥ j ℥.

Fiat horum decoctio in q. s. feri lactis, & decoctum feruetur vsui pro trib. portionibus, ℥ pro vna ℥ iij. add.

Syr. rosat. solut.

Mannæ Calabrin. an. ℥ j.

Aq. cinnamom. parum, vel syrupi conseruationis zinziberis, misc. pro vno, & reliquis duobus.

Si fortè continuare non posset, aut alius nimium solueretur, vnum diem interponat; deinceps alterum syrupum bibat. Nam cùm alius interdum immodicè fluat, cauèdum ne vires deiiciantur. Vbi corpus expurgatum fuerit, decoctum Guaiaci hoc modo bibat: Primis quinq; diebus bibat semel hoc decoctum:

℥ Limaturæ Guaiaci ℥ iij.

Aq. puræ calefactæ ℥ iij.

Stent in infusione per biduum, deinde coquatur ad consumptionem mediæ partis. Sumat matutinis horis calidè vncias quinq; pro vno haustu, & ad sudorem se

com-

componat, nec referre arbitretur, etiãsi primis diebus non multum sudet. Si insignem aliquam caliditatem post assumptum potum istum senserit, bibat ante prandium decoctum radicum cicherij exiusculo gallinaceo. Tribus autem horis, aut quatuor post assumptam portionem sudoriferam prandeat, & vno cibo contentus sit cum iusculo, videlicet pullo vel asso, vel elixo, & modestissimè cœnet. Si statim secundum decoctum quoque bibere in pastu posset, conueniens esset. Hoc ita paretur:

℥ Ligni primum cocti ℥ iiij. & adde recentis ligni ℥ ij.

Affundantur lib. xv aq. & coquantur ad librarum quinque consumptionem. Hoc lignum tertio quoque affusis decem libris aquæ ad quatuor librarum consumptionem coqui potest. Sicut de coctura præsentis oratione is, qui hoc consilium adfert, admonitus est. Iniiciat postremò pastularum vncias duas, bibat quantum volet, & omnem aërem, omnesq; animi grandiores perturbationes fugiat. Vbi priores quinque dies abierint, accipiat:

60 CONSILIOR. MEDICIN.

Ligni Guaiaci. ℥ss.

Herb. Hissopi.

Veronic.

Chamæd. a. m. j.

Aq. lib. x.

Affundantur, vt prius est dictum, & coquantur ad medietatis cōsumptionem. De hoc decocto accipiat mane hora quinta vncias quinque, prandium sumat nona; bibat rursus hora quarta alias quinque vncias, & cœnet hora sexta: & sic per quinque dies continuetur. In prandio & cœna bibat secundum decoctum, videlicet vt ligni lib. ℥ss. cocti, abiectis herbis, addantur ℥iij recentis ligni, & affundantur lib. xx aquæ, decoquatur ad lib. xv. Tandem rursus redeat quinque diebus ad simplex decoctum ligni absq; herbis, & si poterit adhuc alios quinque dies addet. Salsa, acetosa, pinguia omnia vitet, ac simplicissimo cibo contentus sit, addo etiam paucissimo. Si alius fortè esset astrictior, posset ex decocto malux ad lib. j, olei communis ℥iij. sacchari ℥j enema iniici circa horam tertiam pomeridianam. Cæterum in hac curatione,
dum

dum ea perficitur, non est quod maiores vires expectet, sed de ea hanc sententiam Ruffi, veteris ac præstantis Medici teneat: Illud nouisse conuenit, plerosque hoc morbo infestatos, quo tempore curabantur, nihil profecisse, sibi dimissos conualuisse. Propterea quia rectè prius à Medicis tractati, postea vires aduersus morbum maiores acceperunt, cum antea remediis attriti forèt. Quamobrem naturæ quies cõdonanda est, quam pluribus auxiliis affligi, quiete refici videmus, & iam extenuatos morbos superare. Viennæ 29 April. Anno 1568.

IO. CRATO à KRAFT-
HEIM, &c.

CONSILIVM XI.

*In Asthmate, pro quodam Consiliario
Electoralis;*

CV M E. T. subinde vehementibus Asthmaticis paroxysmis corripitur, & morbus ipse iam altas radices egerit in corpore, & quasi suffocationem minetur, omninò necessarium est, vt E.

T. aliquam morbi sui & causarum, à quibus initio procreatus est, & nunc augeatur, cognitionem habeat. Ita enim tota morbi ratione velut in conspectum adducta E. T. rectius intelliget omnium eorum, quæ E. T. molestare solent causas, quibus cognitis apparebit, quid foueat morbum, quid obstet recuperationi integræ valetudinis, quid remoretur curationem, & qualis posthac instituenda sit medicamentorum vsurpatio, & victus ratio. In nuper quidẽ natis morbis consultitur medicus, isq; opera sua depellit morbum, deposita omni in posterum sollicitudine: verùm in morbis inueteratis, præsertim vbi quis obnoxius est eiusmodi malo, quod paroxysmos habet sæpè recurrentes, nõ tantùm ad operam medici respiciendum est (is enim non semper præsto esse potest) sed præterea danda est opera, vt quis sui ipsius quoq; medicus esse discat, & sciat regere vsum remediõrum, vt singula suis diuisa sint temporibus, & opportunè fiant, atq; obseruentur ea, quæ prodesse soleant, & nocere possint. Hoc verò nõ est factu facile, nisi

nisi ei, qui prius de causis, accidentibus & circumstantiis morbi satis est edoctus. Nam ex his totus vsurpandorum discursus ducitur, cum depulsio morbi nihil aliud sit, quàm causarum morbi ablatio. Describam igitur E. T. totam morbi rationem ordine, ostensis simul causis non morbi tantùm, sed eorum etiam, quæ E. T. tēpore morbi, ac præsertim in paroxysmorum vehementia affligere solent. Morbus E. T. Asthma est, seu anhelatio, nēpè anhelitus seu respirationis difficultas. Oritur à phlegmate crasso, & multū viscido, incluso branchiis, seu infarcto meatib. pulmonum, & opplente vacuitatē tracheæ arteriæ. Ab hoc phlegmate crasso cū mēbra respirationis onerentur, & obstruātur, nō potest in tanta plenitudine pectoris sufficiens fieri efflatio, & aëris inspiratio. Itaque respiratio fit parua, dēsa, crebra & velox. Natura enim velocitate & densitate cōpensare nititur paucitatem aëris ingredientis & egrediētis. Necessè est autem omnino sufficientem attractionem fieri aëris, ad refrigerationē calidi cordis, si in vita manere homo

debet. Deinde etiam excrementorum fuliginosorum excretionem fieri oportet, ut cor à fumis illis inutilibus liberetur, quorum neutrum hîc fieri potest, propter obiectum impedimentum à viscida pituita, quæ vias obsidet, nec transitum liberum spiritui permittit. Cùm igitur per tam angustos meatus nec aer liberè inspirari, nec spiritus & fuligines (ita ut cordis requirebat necessitas) expirare possint, necesse est spirationem difficilem & crebram sequi. Esse autem veram causam Asthmatis pituitam viscidam & tenacem insidentem instrumentis respirationis, arguunt ea, quæ expuntur, & ipsimet ægri sentiunt, nec difficultatem respirationis, nec tussim innatam cessare, nisi prius crassi & viscida humores tussi ex pectore reiecti sint. Hoc siquidem ubi factum est, releuati iam sibi aliquo modo videntur. Habet autem hic morbus quasi gradus quosdam, & increscit paulatim, atq; hinc est, quòd alius alio grauius Asthmate laborat, nempe pro magnitudine causæ. Initio sanè modica tantum sit respirationis
diffi-

difficultas propter pituitam non vsq; ad-
 eò multam, pulmonib. se tum insinuan-
 tem. Ideoq; spiratio fit sine sono, sine ma-
 gna & crebra anhelatione, nec ibi me-
 tus aliquis est strangulationis, vt in Ast-
 mate inueterato. Hæc spirandi difficul-
 tas dicitur Dyspnœa, vbi his initiis non
 occurritur, & nec pituita à pectore ab-
 ducitur, nec prohibetur nouæ quotidia-
 na generatio, correctione idonea fomi-
 tum, hoc est, membrorum pituitam pro-
 creantiũ, ac præterea catarrhis frequen-
 tibus liber ad pectus & pulmonem dela-
 plus & transitus conceditur, præsertim
 si accedat indiuidua aularum comes, in-
 temperantia, tum materia illa pituitosa
 paulatim altius se in pulmonum meatus
 infert, & quotidianis augmentis incre-
 scens, tandem pulmones ipsos occupat,
 grauat, ac premit. Inde necesse est pul-
 mones imbecilliores fieri, & viribus suis
 ita priuari, vt nec alimentum suum (nam
 cuilibet membro alimentum suum tan-
 quam pensum à natura deceditur) con-
 coquere, nec excrementosas redundan-
 tias aliundè affluentes à se expellere pos-

sint. Itaq; excremēta tam ibi nata, quam eò delapsa reliquuntur cruda, & euadūt vehemēter viscida & tenacia. Cumq; indies affluant plura, opplētur meatus pulmonū, & spiritui transitū impeditiorem faciunt. Sic ex Dyspnœa simplici, procedente tempore verū fit Asthma, nempe talis spirandi difficultas, quę fit cum sono & anhelatione dēsa ac crebra, qualis ferè in equis nimium cursu agitatis videri solet. Sed in equis frequens illa spiratio fit ob continuum & vehementem motum. In Asthmaticis verò ob angustiã cavitatū in pulmone. Qui huic morbo sunt obnoxij, hi plerunq; (& maximè in paroxysmis Asthmaticis) ea, quę nunc commemorabo, symptomata sentire solent. Primum anhelationē crebram, potissimum in motu corporis paulò concitatore. Nā per motum corporis excitatur calor in corde. Is indiget refrigerio, quod sanè cordi non aliundè, quàm per respirationem cōtingit. Verùm ea impeditur propter viscidos humores hærentes in meatibus pulmonis. Ideò cū expiratio non possit fieri sufficiēs, fit frequens, atq; hæc dici-

dicitur anhelatio, quæ sæpè tanta est, vt si cursus fiat paulò citatior, metuatur spiritus interclusio, & inde suffocatio. Deinde inter spirandum edi solet sonus, sibilo tenui, vel stertori similis. Quia viscidus humor brâchiis pulmonum impactus & pertinaciter inherens, coarctat vias, cūq; spiritus nō nisi per angusta itinera efferri possit, necesse est in trāsitu sonū aliquem sequi. In pectore ipso sentitur dolor quidam, & grauitas, quasi quoddam pondus premēs, inde fit molesta partiū thoracis coarctatio, ob plenitudinem pectoris, & laborē thoracis in ducendo anhelitu, accedēte insuper cōpressionē ex ventriculo flatulēto. Incidit etiā aliquando tussis, non quidem semper, sed per interualla. Natura enim conatur impedimētum illud respirationis à se excutere, sed ppter tenacitatē phlegmatis nō respondet conatui naturæ reiectio: itaq; tussis plerūq; est arida, qua nihil expectoratur; aut si qd reiicitur, id maximè & impetuoso labore vix tandē auellitur, & per tussim extruditur. Quo magis autē phlegmata per tussim reiiciuntur, eò liberior fit respiratio.

Veruntamen viscidus ille & excrementosus humor non totus à pectore reicitur & expuitur ob pulmonis imbecillitatem, & humoris tenacitatem, sed aliquid saltem tussiendo auellitur. Id verò quod relinquitur, branchiis & cauis pulmonum adhærescit firmiter, ac tempore magis magisq; crassescit, propter feruidos halitus, transeuntes à corde calido, & pituitam resiccantes. Porrò, (vt suprâ quoq; dictum est) cor incalescit libera euentilatione destitutum, præsertim si accedat motus corporis. Nec potest aliundè refrigerationē, quàm per pulmones adipisci. Igitur cùm aër ad cor perspirare non potest (vt fit in vehementibus paroxysmis) tum nec cor satis refrigerij accipit. Inde cor magis incalescit, & efflatur calidi & crebri halitus arefacientes linguam, & sitim inducētes. Ad hæc ob fuligines in corde retentos, qui satis expirare nō possunt, cor oppletur atris fumis, à quib. prouenit animi deiectio, mœstitia, metus, & tristitia sine causa, cūq; accedit oris ventriculi compressio, videtur deliquiū animi seu syncope imminere.

Est

Est quoq; Asthmaticis omnib. hoc commune, vt multa querimonia sit de vētriculo, & maximè de orificio eius: inprimis verò de crassis flatibus à quibus plurimum grauantur, & ex iis etiam asthma ingrauescit. Imò sæpè ex solis flatib. fiunt paroxysmi Asthmaticis similes, veluti cùm cibus immodicus aut flatulētus ingeritur, aut nimius potus fluctuationem & distētionem efficit. Fiunt autem flatus crassi à concoctionis debilitate. Nā cùm ventriculus nō benè cōcoquit, nec perfectè elaborat cibum, relinquuntur cruditates & phlegmata. Ab hac materia modicè tantum incalescente suscitātur crassi flatus, & fit crebra ventriculi inflatio. Ventriculo à flatibus extenso, sequitur circa orificiū eius dolor & compressio, circa præcordia angustia & anxietas, hypochondria inflata tument, & expanduntur, distēditur septum transversum, comprimuntur pulmones, meatus fiunt angustiores, respiratio videtur intercludi velle, trahitur creber anhelitus cum magna difficultate & anxietate. Inter laborem illum pectoris, ac totius thoracis

scapulæ quoq; pulmone sic affecto cõdolent, quãquam tã pectoris, q̃ scapularum dolores nũc intermittunt, nũc reuertuntur p̃ paroxysmorũ vehementia aut quiete. Postremò illud quoq; ingrauescẽte asthma accidit, vt iacẽtes suffocari velle videantur, intercluso spiritu p̃pter angustiam pectoris. Itaq; anhelãt creberri-
mẽ quasi vehemẽti cursu exagitati, & spiritũ non nisi erecto corpore ducere possunt. Hoc. n. corporis situ liberior est expiration, meatu min^o impedito, & facilius etiã viscida impetu anhelitus auulsa reici possunt. Ac quando eo vsq; processus morb^o, vt iacere amplius ægri, præ metu suffocationis non possint; & anhelatio tã crebra, tamq; difficilis est, vt nõ nisi erecta ceruice spirare queant: tum non iam asthma, sed orthopnœa dicitur. Hinc igitur apparere arbitror, quis sit E. T. morbus, quæ illius causæ, quæ consequi soleãt symptomata, atq; etiam in quonam gradu morb. sit: superest, vt inquiramus primas huius mali scaturigines, & fontes, tũ fomites alentes, fouentes, & augentes hunc morbũ. Præterea vt consideremus cur paroxysmi subinde recurrãt, ac pro-

pemodū quotidie stas temporibus; &
 quæ nā sint curationis remoræ, morbiq;
 nutrices. Sic sanè absoluta erit hui⁹ mor-
 bi cōsideratio, & rectius postea intelli-
 poterunt ea, quæ de victus ratione, & de
 remediis morbo opponēdis dicētur. Igi-
 tur, (vt hinc ordiar) quicunq; Asthmati
 sunt obnoxij, ferè habēt ventriculū frigi-
 dū, imbecillum, flatulentū; epar calidū,
 renes obstructos, q̄ omnia cōiunctis ope-
 ris plurimū faciunt ad repletionem capi-
 tis, præsertim si accedat intemperātia in
 edēdo & bibendo, vini potio largior, cib.
 vitiosus, conuiuia extensa in multam no-
 ctē, aēr vaporariorū, si post ea caput mox
 exponatur frigori, aliaq; in victus ratione
 errata. Ventriculū imbecillū esse satis de-
 clarat tātus phlegmatū prouentus, & tan-
 ta crassorū flatuum copia. Epatis calidita-
 tē arguit rubedo faciei & nasi, quā memi-
 ni in iuuenili etiā ætate se exerere & cō-
 spici in extremitate nasi, cū essem⁹ ὁμοίωμι,
 secutæ sunt pustulæ aucti caloris indicia.
 Ren. obstruct. indicant arenulæ, subinde
 cū vrina prodeuntes admixtis phlegma-
 ticus resolut. Atq; ipsi etiā renes interdū
 incalescunt, & epatis caliditatem augēt.

Itaq; cū membra hæc dissimili sint temperatura, dissimilē quoq; sobolem procreant; ventriculus pituitam, epar vstos humores, renes arenulas. Sed in capite replendo operas tradunt mutuas. Nam epar caliditate sua agens in materiã crudam in ventriculo contentam, multum fumorū ad caput impellit, quemadmodum ab igne circūposito ollæ, magnam videmus effumationem ferri ex olla ad operculum, quanquam in E. T. à toto etiam corporis habitu ad cerebrum fit exhalatio. Quod si simul accedat renū obstructio, multò magis augetur capitis repletio regurgitatione feri. Nã fieri non potest, vt renes tantam vim feri (etiam si vrina liberè profluat) attrahant & emitant, quanta in tanta concoctionis imbecillitate generatur. Ita sanè repletur caput fumis, & serosis humoribus. Sed fumi illi ab inferioribus membris ad cerebrum elati, mox condensantur in humores, veluti videmus fumos calore ignis ad operculum ollæ sublatos protinus concrefcere in guttas. Cerebrū quidem fumos aduentantes arcere non potest,

& re-

& recipere cogitur: verùm, vbi ex fumis humores nati sunt, grauatur cerebrum, vt onus humorum à se excutere, & quocunq; deriuare tētet. Inde fiunt catarrhi & defluxiones, quæ plarunq; tendunt ad partem corporis debiliorem. Ita que cum cerebrum se ab humoribus exonerat, & materiam ad fluendum paratam protrudit, deturbantur catarrhi ad pulmones tanquam ad partem imbecilliorē, & decliuiorē, vt quæ influxui resistere nō valeat. Hoc modo pulmones, qui propter debilitatem etiam suā propria excrementa reicere non possunt, onerantur, grauātur, ac penè opprimuntur aliundè missis pituitosis superfluitatibus, quæ etiam si viscidæ non essent, tales eas redderet pulmo. Viscosa illa materia sensim adhærescit cavitatibus pulmonis, & asperæ arteriæ, viamq; spiritui facit angustiorē, & spirationē difficiliorem. Hi sunt fontes, hi fomites huius morbi. Hęc sunt, quæ Asthma fouent, atq; alimenta ministrant. Hęc sunt, quæ materiam accumulānt paroxysmis, vt citius & vehementius recurrant. Sed fortasse mirum

videtur E. T. quòd exacerbationes plærunque sentiuntur à cibo, veluti hora tertia à prandio, & noctu post vndecimam. Id fanè fit primùm ratione motus humorum. Nam accessiones omnes, quæ ex crudis humoribus excitantur, non mane, aut meridie, sed ad vesperam, & noctu plærunque incidunt, eò quod tùm moueatur humor ille, id quod Galenus quoque obseruauit in libris Methodi. Solet tamen eos, qui verè Asthmatici sunt accessio magis vrgerè circa medium noctis, non solum propter motum pituitosi humoris; verum etiam quia noctu in somno delabuntur ex capite pituitosæ fluxiones in thoracem, adiuuante ad hoc qualitate noctis frigida & humida. Ac noctis quidem initio durulenta fit defluxio; suffertur destillatio, & quietem ac somnum capere licet; sed vbi iam multum humoris aggestum est, & humor ille circa medium noctis moueri incipit, tùm natura suffocationem metuens insurgit, & euigilare æger magno conatu & impetu reuicere conatur id quod influxit, ne interci-

tercipiatur anhelitus. Hinc multa anhelatio & tuffis, duriter concutiuntur pulmones, eiiciuntur cum violentia multæ materiæ crassæ, quæ in meatibus pulmonum delitescebant, & firmiter adhærebant. Ex vehementi illa corporis concussione vicinæ etiam partes percussuntur, dolent scapulæ inter anhelandum, quassantur partes ventriculo vicinæ, vt nonnunquam in vehementibus paroxysmis post tuffim sequatur bilis vomitus, bile in ventriculum sic agitatum refluyente. Est & alia tardioris accessionis causa, nempe cur non protinus à cibo inuadat paroxysmus: sed per aliquot horas post cibum. Eius ratio hæc est. Membra concoctionibus destinata tardè & negligenter munus suum administrant, ob imbecillitatem, quam adesse indicat vrina pallida, turbida, sedimentum crudum, non separatum à reliqua vrina, sed diuulsum, atomis plenum. Cibo igitur sumpto ventriculus ob debilitatem & defectum sui caloris non protinus aggredditur cibum, aut vincere potest largè

ingestum; sed calor initio tanquam oppressus succumbit, post aliquot demùm horas se exerit, & massam in ventriculo adhuc crudam in flatu dissoluit, à quibus fit illa circa præcordia compressio & angustia atq; effumatio in caput. Cernimus hoc ipsum in igne modico, cui si superimposita sit magna strues lignorū, præsertim humidorum, non tantæ suppetunt vires, vt ligna occupet, vincat, & eò perducatur, vt statim inardescant, quin potius ignis initio suffocari putatur, post eà paulatim se expandēs, vim suam profert, agensque in ligna fumos crassos excitat, plures certè tum quàm flammæ. Proinde non mirum est, circa tempus sumptionis cibi (vt decima & quinta) omnia quietiora & mitiora esse. Nam tum cibus ingestus vires ventriculi obtūdit, & naturam opprimit, vt se non nisi post aliquot horas recolligere, & concoctionem aggredi possit. Vbi itaq; post aliquot horas calor ventriculi relictis viribus agere incipit in cruda illa & incocta; non mirum ex inflationib. tum excitatis exasperari morbum, & Asthmatica

matica tum maximè sentiri symptoma-
ta, præsertim concurrente tempore mo-
tus humoris. Durat autem exacerbatio
eò vsq; donec calor increscēs discussit
flatus. Sic in lignis incensis durat fumus,
quousque ignis vicerit humidum illud
in lignis, quod atros fumos ex se reddit.
Postea cùm non fumis, sed flammis co-
quitur, minus sentitur incommodi. At-
que hinc est quod manè Asthmatici me-
lius habent, quàm aliis temporibus. Hęc
est morbi totius & paraxysmorum ratio,
ac patere iam ex hætenus dictis arbitror,
quàm minimè negligendum aut leui-
ter habendum sit hoc pertinax malum,
quod non tantùm molestias multas &
anxios cruciatus secum adfert comites:
sed periculi etiam plenum est. Nam ni-
si subinde tenax illa pituita incisa & ab-
sterfa ex pulmonibus promoueat,
semper aggeritur plus materiæ, & me-
tus fiunt angustiiores, & spiritus difficul-
tate maiore trahitur. Ipsa quoque pi-
tuita magis magisque tempore accre-
scit, & supra modum euadit viscida, vt
abigi renuens spiritum interclusura, &

suffocationem allatura videatur. Quinetiam aliquando pituita vetustate concrefcit in grandinem, atque etiam interdum in veros calculos. Obferuatumque est à quibusdam in valida tuffi calculos hordei, aut pifi magnitudine reiectos effe. Ac misera fanè res est verfari in metu fubitæ strangulationis. Sed fortaffe dicet E. T. multa hætenus tentata & vfurpata effe, nec tamen inde defiffie aut decreuiffie morbum, fed continuis potiùs incrementis auctum effe. Videamus quid in caufa fit, cur hic morbus E. T. peculiariter infestet, & quid obftiterit quo minus curatio euentum optatum confequta fit. Ita fimul apparebit quid alat, & fuffentet morbum, & in quo potiffimum poft hac fit elaborandum. Primùm in E. T. fuit multò antè quafi difpofitio quædam ad hunc morbum. Nam in iuuenili etiam ætate E. T. poft cibum anhelauit, & aliàs defillationibus & tuffi fubinde corripit folita eft. Quicunq; autem frequenter catarrhis & tuffi vexantur, & anguftos habent pulmones, arctumque thora-

thoracem, hi ad anhelationes & asthma opportuni sunt. Facile quoque Asthma incurrunt illi, qui vel natura, vel otio, vel victus intemperantia redditi sunt obefiores. Omnium autem maximè ad asthma proni sunt, qui tales cum sint, ad senium vergunt. Senectus enim aggrauat morbum, & facit eum curatu difficiliorem. Deinde morbum prolongat & fouet, caloris naturalis defectus. In omnibus enim Asthmate laborantibus calor naturalis imminuitur, ac prope modum suffocatur, primùm quidem ob pituitosorum humorum copiam, quæ calorem non aliter opprimit, quàm ignem modicum magna strues lignorum imposita, vt supra dictum est. Deinde nulla fit caloris excitatio flabello exercitiorum, cum protinus ad motum paulò concitatiorem sequatur anhelatio. Præterea fuliginum non fit iusta difflatio à corde, nec excrementorum discussio: vnde calorem natium minui ac ferè extinguere necesse est. Sic videmus imminui ignem si liberum aërem, & difflatum non habeat. Sic extinguere candelam

accensam conspicimus imposito vitro
aut ollula ob negatam expirationem.
Quo magis autem diminuitur calor na-
turalis, eò deterior & infelicioꝛ fit con-
coctio. Ex debili concoctioꝛe quid a-
liud expectari potest, quàm cruditates &
phlegmata. Nam & in foco videmus i-
gne imminuto cruda omnia relinqui.
Hæc est causa cur tam multa generen-
tur phlegmata, & semper rursus noua
procreentur, etiam post vsurpata pur-
gantia. Sed pergamus inquirere, quid
præterea ex imminuto calore conse-
quatur. Calor debilis excremēta in cor-
pore hinc inde nata discutere minimè
potest. Igitur ea retinentur in corpore,
iisque vehemēter grauatur corpus, &
maximè caput. Adest quidem epatis
calor satis magnus, sed qui non ad con-
coctionem, verùm ad aduersionem hu-
morum facit, neque is discutit fumos,
sed eleuat & promouet, vt ad caput fe-
rantur, idque hoc modo repletum va-
poribus & pituitosis humoribus, catar-
rhosum & prouum ad defluxiones ad
pectus efficitur, nec vllus apparet in de-
fluxio-

fluxionibus finis, cùm ex inferiore parte corporis continuæ accessiones seu augmenta suppeditentur. Ad hæc mala accedit & illud, quòd via catarrhalis à capite ad pulmones, diuturnitate fluxionis reddita est valde trita, vt nunc omnia excrementosa, siue ex intemperantia & potu largiore; siue alio quocunq̄ue modo in capite nata, aut aliundè missa, per hanc viam decliuem & lubricam protinus delabantur ad pectus. Ac nescio an nõ maximam catarrhis ad pulmonem ruendi occasionem dederit, repulsio fluxionis, quæ ad partes faciei & nasum antea ferri solita est. Quemadmodũ enim flumina si liber illis cursus in priore alueo inhibeatur, ad aliam se conuertunt partem, & viam quærunt depressiorem: ita & fluxiones si vel transitus iis ad loca consueta negetur, aut ab exterioribus partibus introrsum repellantur, ad partes feruntur decliues & imbecilliores. Itaque non cessante catarrho, & alterius quasi fluuij accessione aucto, pulmones repleti sunt influente in fistulas & caernas pulmonis materia pituitosa, catar-

rhali excremēticia. Inde occupati & debilitati pulmones (materia illa iam altè impacta) non possunt resistere influxui, sed recipere & sufferre coguntur, destillantes à capite pluias & imbres. Atq; hinc est, quòd plenitudo pectoris in E. T. permanet eadē; & symptomatum, quæ eam consequuntur incrementa maiora, quàm decremēta percipiuntur. Et licet aliqua post sumpta medicamenta alleuatio sentiri videatur: tamen recurrentibus causis, recurrunt etiam paroxysmi Asthmatici. Quid igitur agendum (inquiet E. T.) vt huic malo eatur obuiam, ne fiat grauius? Cumq; morbus non nisi ablatione causæ tolli, aut certè mitigari possit, quomodo causæ auferendæ, & paroxysmis occasiones redeundi præcidendæ sunt? Notabo paucis, & quidem in genere quid facto opus sit. Nam in hoc latino scripto id tantum ago, vt E. T. totam morbi sui rationem cognitam habeat, ac totum etiam curationis consilium intelligat. In Germanico verò exponam vsum remediorum & rationem viuendi in hoc morbo commo-

dam

dam. In hoc E. T. morbo multa sanè occurrunt agenda. Pectus est plenum, & requirit inanitionem, pituita crassa & viscida impacta est cannis pulmonum, ea esset à pectore promouenda, meatus respirationis sunt angusti, hi essent dilatandi. Caput est humiditate plenum, id esset euacuandum, est quoque catarrhosum, & catarrhi delabuntur ad pulmones, proinde auertenda esset fluxio ad alium aliquem locum, & interceptus cursus eius, ne protinus ad pectus rueret. Reliquæ humiditates cerebri & catarrhi essent exiccandæ, & fumi discutiendi. Tum præterea corrigenda esset ventriculi frigiditas & humiditas, ne tantùm pituitæ generaretur, reprimenda epatis caliditas, ne minor esset vistorum humorum prouentus, renes aperti tenendi, ne ab iis regurgitatione feri facta superiora mēbra molestia afficerentur. Deniq; totū corpus cū excrementiciis humoribus referum sit, indigeret euacuatione, & excitatione caloris naturalis; quādoquidem is lāguet, & ferè oppressus est. In tāta agen-

dorum multitudine, semper respiciendum est ad præsentem pectoris statum, an is vehementer subitam urgeat curationem, ut sit in accessionibus paroxysmorū. Tum enim celeri opus est remedio, quod pectus dilatet, & anhelitū faciat libertiorem, ne incidat suffocatio. At si morbus concedit inducias tum consultius est Asthmatis iam vetusti curationem, & à periculosis paroxysminis præseruationem, ordine institui, & causas auferri sine tumultu atq; incommodo corporis. Igitur extra paroxysmorum tempora sic agatur. Primū cū in E. T. corpore, ob causas suprā expolitas, non exigua sit pectoris, capitis, aliarumque partium corporis repletio, minuenda est ea per vniuersalem aliquam corporis euacuationculam. Talis est potiuncula A. cōscripta E. T. à clariss. viro, Dn. D. Guarro, focero meo, & antea ab E. T. usurpata. Ea benignis & mitibus cōstat ingredientibus. Nam in Asthmaticis diligenter cauendum est, ne dentur eis fortia euacuantia, à quibus commoueatur & agitetur materia, ipsæque fluxiones augeantur.

Vide

Videmus namq; homines alioqui sanos postpurgationem multum expuere, & sæpè emungere nares, ob motam materiã; quantò magis accidere hoc illis possit, quibus spontè & quidem continuò fluxiones ad pectus feruntur. Huius potiunculę vsus interdū repeti potest. Nam in Asthmate ob morbi longitudinem & contumaciam, sæpè lenes purgationes per cõmoda interualla repetere oportet, cùm non liceat fortiter aggredi & trahe-
re materiam increassatam. Ventriculum, epas, caput, & pectus potissimū à superfluis humoribus collectis liberat, atq; ita carptim imminuendo repletionẽ, accumulationem materiæ prohibet. Teneatur itaq; de vsu huius potiunculę hoc documentum, vt immodica repletionẽ vsurpetur pro leni purgatione, & quæ per interualla repeti possit, animaduersa noua humorum coaceruatione. In magnis verò repletionibus, & præcipuè verno & autumnali tẽpore, vbi præcessit vita intemperans, aut ab aura inclemẽtiore ita irritatū est malum hætenus quietum, vt integra curatio instituenda sit: tū vsurpe-

tur pro mineratiuo, hoc est, pro curationis initio. Isto sanè rerum statu, cùm iam per potiunculam communes materie, & sordes educæ sunt, pergendũ est porrò ad remotiora membra, ex iisque pituita prius præparata educenda est. Quia enim pituita caput grauans, & in pectore respirationis itinera obsidens, vehementer viscida & tenax est, vt se non patiatu-
 auelli & educi, nisi sit attenuata: ideo præparatoria potione opus est (digestiuum vulgò vocant) vt crassities pituitæ incidatur, visciditas abstergatur, durities emolliatur, & simul pectus leniatur, vt se pillulis post vsurpandis magis præbeat morigeram, & leuigato transitu facilius sreatu & tussi reiici possit. Hoc consilio conscripta est potio B. quatuor haustibus ebibenda. Neque enim vno haustulo tam tenacis materiæ præparatio sufficiens perfici posset. Hinc iam per potionem præparata materia vtendum est pillulis C. quæ pituitã iam attenuatam è capite & pectore educerent. Postea membris præcipuis à pituitæ copia antea debilitatis, & nunc à purgatione nonni-
 hil

hil afflictis, (vt sunt ventriculus, epar, caput & pectus) sua vicissim debetur corroboratio, vt vires eorum restaurentur. Id facient efficaciter rotulæ D. quæ non solum humiditatem prædictorū membrorū exiccant, sed vires etiam singulis suggerunt, & præterea cor reficiunt. Ita purgato corpore, & corroboratis membris præcipuis, omnis iam cura vertenda est ad thoracem repurgandum, & ad viscidæ pituitæ in pectore contentæ expectorationem, sed quia, (vt suprâ dictum est) pituita vehementer viscosa & tenax est, vt vetustate quasi concrevit in crassitiem & duritiem aliquã; ac præterea frigida est, vt vetus hospitium nõ nisi coacta relinquere velit: ideo pectoralia quæ ad pect^o mūdificandū vsurpabūtur, frigidū illum humorem calfacere, attenuare, incidere, & abstergere debent, addēdaq; simul, quæ aliquantulū humectēt, ne materia nimium exiccetur, atq; etiã miscenda, quæ flatus discutunt, quibus multum grauantur Asthmatici. Per hæc illud q̄ritur, vt materia viscida adherēs cavitatibus pulmonū attenuata expeditius tussiendo reiici

possit. Per nullã enim viam prõptius pulmones ab onere suo liberari possũt. Semper autẽ in pectoralibus remediis studẽdũ est benignis & temperatis. Nã si dentur nimis calida, præsertim initio, tenuè in pituita resoluitur; crassum verò expuitioni ineptũ relinquitur. Sæpè etiam per multum calida remedia materia aliundè ad pectus trahitur. Ac si quis temerè utatur nimiũ resoluẽtibus, ei si humor dissolutus subitò irruat, suffocationis imminet periculũ. Non igitur temerè quæuis vsurpanda, sed ea saltem in vsum accersenda, quæ nõ sunt vehementia, & ad leniendũ ac dilatandũ pectus faciunt. Horum vsus frequens esse debet, neq; enim tam tenax pituita se faciliè emolliri & attenuari sinit, nisi crebrò reiterentur medicamenta. Sed tamẽ vsus eorũ aliquãdo potest intermitteri ne nimium defatigetur, & molestetur ventriculus. Neq; etiam iisdem remediis continenter utendum est, sed varietate gratificandũ naturæ. Natura enim contemnit remedia quibus assuevit. Hac de causa annotavi aliquot formas remediorum ad pectus

utilium, ut E. T. pro voluntate, aut commoditate, aut etiam pro animaduersa operationis efficacia, nunc hoc nunc illo vti, & variationem vel alternationem instituere possit. Descripsi igitur potionem pectoralem, syrupos, loch seu lambitium, puluerem, aliaq; facillè parabilia. Vfus eorum est mane ante cibum, & ante cœnam, atque etiam post medium noctis. Verùm hæc aut his similia iam antea quoq; vsurpata esse dicet E. T. nec tamen adhuc valetudinem in meliorem statum redactam esse. Equidem non dubito multa, eaq; optima remedia hæcenus vsurpata fuisse, sed fortè non facta est eorum continuatio talis, qualis requirebatur. Nam (ut sæpè iam dictum) pituita, quæ multo tempore impacta fuit, & firmiter adhæret cavitatibus, non patitur se in tanta tenacitate auelli, nisi crebra lenitione, incisione, & deterfione. Videmus siquidè nec ancillas cantharum obsoletum mundare, & nitidum efficere posse, nisi multum diuq; continenter fordes defricent. Deinde fortasse non iis, quibus oportuit temporibus, nec to-

ties, quoties debuit pituitę facta est ablatio. Nam tempora illa quibus colligitur pituita, aut collecta est, sentiri magis ab ægris quã scribi à medico possunt. Quis potest ancillis præscribere quoties verendum sit vaporarium, cùm aspectus immunditiei satis ipsas ea de re moneat. Adhæc non præcisa sunt Asthmatis augmenta. Continuè fluere perrexit catarthus à capite ad pulmones, suppeditata sunt fluxui quotidiana incrementa ex ventriculo & inferioribus partibus. Accesserūt interdum obstructiones renum & alui, deniq; per habitum corporis non facta est fuliginū difflatio, & reliquiarum discussio & exiccatio. Nihil igitur mirum Asthma in vigore suo permãsisse durante causa, & tãtis accessionibus aucta. Est igitur post vsurpata vniuersalia, his quoq; fomitibus consulendum: non quòd velim vt E. T. sibi quasi crucem statuatur tot remediis, sed vt in prõptu sint, & ad manum quoties iis opus est. Præcidentur Asthmatis augmenta commodissimè, si dabitur opera, vt pituita cerebri detrahatur, diuertatur, & reliquię exiccentur.

Dein-

Deinde vt catarrho iter ad pulmones intercipiatur. Catarrhis autem augmenta subtrahentur, si membra inferioris ventris, videlicet, ventriculus, epar, aluus, & renes, munda & aperta retinebuntur, & in officio fuerint, atq; ipse etiam habitus corporis diffuari poterit. Hæc omnia duplici expediri possunt via, nempè medicamentis caput & inferiora membra exonerantibus, & corrigētibus, & victus ratione cōmoda, per quam præcaueri potest noui augmēti hoc est, pituitæ generatio. Caput igitur E. T. cū sit catarrhosū & è ventriculo crebrę exhalationes efferrantur, subinde indiget pituitæ euacuatione, detractioe, & diuersione, præsertim ante tempora paroxysmorū. Quare cū vel grauitas capitis, vel catarrhi multo sentietur delapsus, vsurpabuntur cū com modo pillulę catarrhales mane. Ac si materia putabitur esse cōtumacior, præmitti poterit haust^o digestiuus, vt attenuetur humor, & pillulis sit obsequentior. Si verò materia non erit multa, nec catarrhus impetuosè fluit, sed metuitur saltem, tum sollicitari deorsum & detrahi poterit

per pillulas ante cœnã vsurpandas. Hæc enim & ventriculi sordes mundant, & fumos sursum repentes quasi iniecta manu retrahunt. Nec curandum magno-perè etiam si non multę sequantur sedes. Satis enim est, si materiæ catarrhos augmentaturæ via ostendatur ad exitum per intestina. In vniuersum autem hoc de purgantibus tenendum est, purgationes sæpè repetendas esse, ob morbi longitudinem, & humoris contumaciam, & purgationes ipsas non vehementes esse debere. Neq; enim purgandum esse cum materia velut feruet in pulmone, aut exundat in paroxysmis. Non enim accessionis tempore agitanda est materia purgatione, ne largius in pulmones influat. Cùm verò pituita à capite detracta est, tum reliqua pituita deriuãda per nares, attracto in nares ter vel quater ante cibũ succo ex beta vel maiorana cum pauco vino albo, vel vsurpari poterit aqua transmissa. Per apophlegmatismos seu masticatoria instituere deriuationẽ non est tutum. Ita enim pituita in fauces & os duceretur, vnde facilis esset lapsus

plus in pulmones. Diuertitur etiam ali-
 quid materiæ à capite lotionè pedū. Pos-
 sunt itaq; interdum mane leuari pedes
 ex decocto herbarum betonicæ, saluiæ,
 maioranæ, rosmarini, feniculi, chamo-
 millæ, siue omnes sumantur ad decoctū,
 siue aliquæ. His sanè modis caput à pi-
 tuita & catarrhis liberatur, ac cùm de-
 tracta iam erit materia, fumi porrò discu-
 tiendi sunt, & exiccandæ humiditatum
 reliquiæ. Id primùm fiet, si caput mane
 pectine puro diu multumq; pectatur, &
 digitis etiam leniter fricetur. Ita enim
 per futuras capitis exhalant vapores. Ca-
 put lauare interdum, velut in 14 diebus
 semel (præsertim capite non multum re-
 pleto prius euacuato) non inutile est: sed
 fieri debet mane, die sereno, lixiuio ex
 cineribus sarmentorum parato, in quo
 maceratus sit sacculus ex herbis caput
 confortantibus. Ne verò sit opus sæpè
 lauare caput, quidam æstate sub pileo,
 vel mitra gestant chartam mollem quo-
 tidie alterando; hyeme verò particulam
 fustanicæ (*parchen*) eamque sæpè lauari
 curant. Post lotionem capitis, tergatut

pannis asperis. Capite benè exiccato fricari possunt commissuræ puluere, aut si non placet vsus pulueris, iniiciatur puluis in pauxillum vini, eoq; vino fricetur commissuræ, vt hac quoq; ratione humiditatis reliquæ exiccentur. Ad id quoq; confert odor nigellæ in aceto prius maceratæ & exiccatae. Superest alia cura, quomodo fluxioni iter ad pectus inhibendum sit. Ad eam rem accommodatissimum est saccharum rosaceum, si in introitu lecti sumatur, & si minus operetur, adiungatur illi aliquid thuris. Vsurpari autem sub nocte debet, saccharum vetus; interdum autem nonnunquam recens ad contemperandum epar. Fortioribus adstringentibus vti, hîc non est tutum. Cæterum quæ hætenus dicta sunt, non quidem semper vsurpanda sunt, sed per intervalla, sæpius aut rarius, iuxta animaduersam capitis ex humiditate repletionem: ventriculi verò in officio retinendi, & victus rationis cura quotidiana esse debet. Diligenter sanè prouideatur, vt ventriculus sit mundus & benè concoquat. Quod si interdum animadu-

uer-

uertetur cruditatis præsentia, aut pituitæ collectio, quod ex inflatione vetriculi, cõpressionè præcordiorum, tensione hypochondriorum, & aliis signis satis apparebit, tum lene aliquod medicamentum sumatur, quod pituitã ex aluo promoueat, antequam plus coaceruetur, aut ad remotiora loca perueniat. Præstare id possunt pillulæ ante cœnã, de quibus suprà est facta mentio, quæ & ventriculum mundant, & pituitam è capite alliciunt. In primis verò iuuãdus vetriculus, vt rectè cibos cõcoquat. Quia igitur frigiditas & humiditas eius, maximũ cõcoctioni impedimentum affert, proinde egregiè profuturũ esset, si E. T. vteretur subinde puluere stomachali crasso, vna aut altera hora ante cibum, qui vetriculum calefaceret & resiccaret, & capiti etiam plurimũ conduceret. Quãquam etiam rotulæ superiores D. eã ad rem vtilis sunt. Quin etiã si interdum septẽ grana piperis, semel tantũ per medium secta deglutirẽtur, optimè calefacerẽt & exiccarent vetriculum sine vlla epatis noxa. Nam pipere non comminuto calor eius ad epar non pertingit, sed in vetriculo

tantum vires suas exerit, ac postea cum excrementis excernitur. Quod si ventriculus externo etiã præsidio opus haberet, viribus nimirum illius vehementer attritis, tum imponi posset sacculus stomachalis ante cibum, qui ventriculi calorẽ foueret, frigiditatem corrigeret, & concoctionẽ iuuaret. Hepatis calor si increfcere videretur contẽperari potest saccharo rosaceo recenti, vt supra relatũ est, aut radicibus cichorij conditis. Omnino autem opera danda, vt excrementis per aluum quotidianus pateat exitus, vtq; potius suppositorio aut clystere, aut alio quocunq; modo promoueatur excretio, quã vt sordibus effumaturis fursum, & superiora membra grauaturis longiũs concedatur hospitium. Præterea renum cura nequaquam leuiter habenda est, & prouidendũ ne vel incalescant nimium, vel obstruantur arenulis, aut crassa pituita. Id enim cùm accidit, fit regurgitatio ad superiora membra, & plurimum molestiæ capiti & pectori infertur. Itaq; in thoracis malis semper ad renes quoq; respicio. Sedari autem aut

calor renum potest vnguento ros. Mes. mane & vesperi loco renum inuncto, & aperiri obstructio iure cicerum, incoctis radicibus petroselini & feniculi, ita tamē vt præcesserit euacuatio aliqua. Non tamen his temerè, sed cū necessitas exegerit vtrendum. Quoniam verò ex habitu corporis, ex retētis videlicet fuliginibus, multa catarrho & Asthmatis augmenta accedunt, est & discussio fuliginum & sordium sub cute aliqua habenda ratio. Ad eam rem confert frictio corporis totius (excepto pectore) versus inferna, mane in lecto manu propria, aut tuorum. Sit autem frictio blanda. Nam valida exagitationē aliquam corpori induceret, & citius acceleraret, quàm præcaueret paroxysmum. Multum etiam prodest sudor, qui & fuligines & aquositates collectas sub cute discutit. Is si nō prodiret prouocari posset decocto ligni Guaiaci ad ℥ iiii calidè assūpti. Facit id quoque ad expectorationē, & pituitæ in pectore incisionem. Scio quosdam decocto ligni vsos p̄ potu quotidiano in vigore huius morbi, & alios id saltem loco vini initio

pastus assumplisse, & eximiã inde opem
 sensisse. Assumptam etiam theriacam sur-
 dor sequitur, si prius diluatur cum aqua
 fumiterre. De Phlebotomia hîc nihil di-
 co, cùm non sanguis, sed pituitosi humo-
 res exuperent. Quanquam etatibus me-
 diis concedi potest, si nihil alioqui sit q̄
 impediatur. Releuatur enim inde corpus,
 & sanguine diducto, fit quasi quædã san-
 guinis vsti & epatis contemperatio. Hæc
 de quibus actum est hætenus, videntur
 in speciem leuia esse, nec admodum ad
 Asthmatis curationem pertinere; sed ta-
 men vsu horum præciduntur catarrhis &
 asthmatis noua augmenta, & quasi fontes
 obstruuntur. Idq̄ multò magis fit, si ac-
 cedat bona victus ratio, in qua potissima
 præseruationis, atq; etiã curationis pars
 sita est. De hac quominus hîc agam pro-
 lixius, facit alterum germanicum scri-
 ptũ, in quo ea, quæ necessaria duco, no-
 tare constitui. Ostendam saltem vno aut
 altero exemplo quanti momenti sit sex
 illarũ rerum salubrium (quas vulgò non
 naturales vocãt) obseruatio. Quod enim
 ad cibum & potũ attinet, meliore vale-
 tudine

rudine vtuntur asthmatici in frugali vita & ieiuni, q̄ alias. Item si abstineant à frigidis & astringentib. Onerantes autē ventriculum vltra vires anhelāt anxij, & plerunq; inter crapulam paroxysmi exacerbari solent. In aëris quoq; cōstitutione in hoc morbo multum sitū est. Nam suspiriosi semper melius habent sereno cœlo, q̄ nubiloso. Æstate item melius, quàm Hyeme: ac vt plurimū accessiones inuadere solēt cœlo humido & frigido. Præterea quieti semper sibi saniores videntur, cūm ex motu paulò celeriore, tā anhelosi fiant, vt suffocari metuant. Ita etiā minus cōqueruntur, si dormiāt capite & thorace elato, q̄ depresso. Minus grauari pectus & caput sentiūt, si sunt aluo & renib. apertis. Postremò irati & tristes semper peius habēt, q̄ cūm læti sunt, aut tales esse studēt. Hæc sanè est curatio asthmatis extra paroxysmos, cūm morbus inducias concedit ad causarū ablationem, & his modis præcidi possunt paroxysmis redeūdi occasiones. Sed cū paroxysmus cū violentia irruit, ibi necesse est aliquid subitò auxiliij ad manū habere, q̄ suffocationē prohibeat. Tale præsiidiū est aqua

cinnamomi, vel oxymel scillicicum admixta aqua cinnamomi. Item caricæ seu ficus tres acubus transfixæ, & maceratae in aqua vitæ pectorali. Teneri possunt in ore theriaca & mythridatium, & paululum de iis deglutiri. Reuellenda materia per cucurbitulas, paulò supra renum situm affixas, ne suffocet. Dilatant etiam egregiè pectus ex ammoniaco pillulæ, si noctu tres vel quinque deglutiantur, paroxysmo vehemèter urgente. Ita satis expositam iam arbitror & morbi & curationis rationem. Nec est quod E. T. multitudine remediorum, & vsurpationis frequëntia offendatur. Morbus enim cum altas egerit radices, & multos habeat fomites, multa etiam requirit. Si quidem & arbores, quæ altas egerunt radices, & numerosas habent fibras huc illuc in terra dispersas, per quas alimenta illis suggeruntur nõ nisi præcisissimis fibris euelli possunt. Deinde nõ subito & confertim, sed sensim & pedetentim irrepit morbus, qui nunc eò vsque progressus, frequentem remediorum vsum ac quasi continuationem exigit. Atque etiam

iam prodest habere medicamentorum
 sylum, ut interdum institui possit varia-
 tio, qua gaudere naturam nemo nescit.
 Hæc, ut extaret aliquid meæ erga E. T.
 obseruantia & benevolentia argumen-
 tum, scribere nõ sum grauatus: & quan-
 quam intelligo & agnosco prolixius hæc
 à me exposita esse, quàm fortè decuisset;
 tamen in hanc partem peccare malui,
 quàm committere, ut minus accuratè
 morbi totius ratio exposita videretur. E.
 T. bono (nempe, quæ à me scripta sunt)
 animo accipiat, & studium meum erga E.
 T. benignè interpretetur. Data Franco-
 furti pridie D. Michaëlis, Anno 1575.

CASPAR HOFMAN, D. ELE-
 CTORIS BRANDEBURGI-
 CI MEDICVS ORD.

CONSILIVM XII.

*In flatulenta affectione, & doloribus dorſi, pro
 quodam Nobili viro.*

VALETVDINEM hætenus in hoc
 corpore firmam non potuisse obti-
 neri nihil mirum est, cum omnis legiti-

ma medici actio à vera cognitione morbi gubernetur, & eius in primis causæ, à qua ille dependet. Quod verò medici ipsi hætenus morbum nondum apprehendere potuerunt; hinc factum est, quod tot & medici & medicamenta in tanta varietate hætenus fuerint usurpata, quibus & naturæ actiones & medici iudicium perturbatum fuit. Ex specie autem doloris patet, eum nullam aliam causam, quàm flatus habere, qui à materia partim cruda partim corrupta oriuntur. Possent autem ab his flatibus tantos dolores cieri, ij rectissimè norunt, qui in se ipsis iam experti sunt, quod ipse & propria experientia in me & in aliis didici. Flatus, vt dixi, gignuntur à materia, materia ex cruditate, aut debili coctione. Hæc verò ab imbecillitate caloris natiui. Quibus de causis, si medicus quis in terminis se continet, primùm vt calorem natiuum roboret: deinde vt coctiones laudabiles fiant: tertio, vt materia flatuum tollatur aut corrigatur: quarto, vt partes quæ affliguntur à flatibus, roborentur, quod fit temperamenti illarum restitutum.

stitutione, facile potest sperari in curatione restitutio. Quoniam autem significat medicus vim vitalem, atque animalem in vestro corpore satis validam esse, solam naturalem languere, spero huic quoque succurri posse. Sed ad id tempore & optima cautione opus est: maxime ne in cibo & potu quis error committatur. Nam aliàs remedia cætera nihil proderunt. Ac etsi minimè dubito, notam esse Domino omnem victus salubris atque insalubris rationem, nolo tamen quædam huc pertinentia, quàm breuissimè recitare. Primùm cibos omnes crudos caueat, & difficilis concoctionis aut mali succi, vt pisces, lactinia, frixa, legumina, olera, acetosa, pinguia. Victus sit simplex vt gallina, lixa, vel affata, perdices, capi, vitulina, ouina, leporina. Rursus vitet anates, anseres, suillam, bubulam, & eius generis alia. Sit interuallum inter prandium & cœnam septem horarum, & tempus strictè obseruet, nec tamen diu protrahat mēsam. Quod si id præstare potest, sumpto cibo paulisper ambulet,

aut in sella sedeat, non dormiat: præcipuum caput diæta est, vt habeat potum conuenientem: ac quanquam medici non libenter vinum cum cereuisia mifceant, & malim eum vti puro aliquo viño, vt Rhenano, non sulfurato, non forti nimium, non acido, neq; nimium dulci, quale reperiri hinc inde potest: tamen quia intelligo ex vini vsu exacerbari dolores magis, quàm cum eo non vtitur, puto id vel vini vitio fieri, vel quia nõ rectè & legitimè sumitur. Volo enim modicè, non copiosè bibi, quicquid bibitur, & ad eam moderationem assuefieri est necesse. Vtrumque enim ab assuefactione est & parum, & multum bibere; & quod vitiosè didicimus, id eadem opera possumus dediscere. Certè haustus illi immodici extinguunt calorem natiuũ, & vapores inde geniti non modò catarrhorum, sed & flatuum causa existunt. Quæ res facit vt existimem, nisi in hoc nobilissimus Dominus temperare sibi didicerit, nihil sperandum esse à curatione auxiliij. Aquas coctas velle imperare iis, qui assueti non sunt, minimè
 pro-

probo, maximè si anisum incoquatur. Quod si tamen aqua talis placet, particulam Zinziberis secet in partes duas & coquatur in aqua, cum feruet decoctum in iuce cinnamomum cum paucis saccharo. De eo uti potest cum volet, ita tamen ut semper aliquid addat boni vini. Quod si cereuisiam malit, quam aquam, hordeaceam affuefiat, qualis est ortrandica. Si triticeam, ea sit defecata, pura, & è bono tritico cocta. Initium faciat à cereuisia, postea vinum superbibat. Finit autem haustu cereuisiæ. In principio mensis utatur iusculis, non tamen frequenter, & iniiciat grana piperis integra sex vel nouem. Vesperis piper contusum in ouo forbili. Claudatur autem semper cœna vel prandium diacitonite in speciebus, vel hoc puluere peptico:

℥ Panis albi tosti ℥ ℥.

Coriand. præparat. ℥ iij.

Cinnamom. El. ℥ ij.

Mastich. ℥ j.

Sacch. albiss. ℥ ij. Misc. f. Tragara.

Tantum de victus ratione, hoc est, parte præcipua in curatione, quæ si absit, cæte-

ra nihil proficient. Quod verò ad medicamenta attinet, pauca hoc tēpore præscribam, cūm videam iam ante ægrum nimis multis fuisse obrutum, vt non mirum esset, si alij casus etiam interuenissent. Ad alui solutionē suadeo, vt à purgantibus in totum abstineat: & si quid fuerit necessarium, vtatur clystere talis: Accipiatur pinguedo iuris gallinæ benè saliti. & addatur ℥j Myrrhæ, & infundatur. Semel autē vel bis in septimana vespere ante somnum vtatur nunc myrrha, nunc thure cum saccharo rosaceo quantitate trium pisorū. Potest etiam vti hoc suppositoio:

℥ Pul. nigellæ.

Siler. montan. an. ℥j.

Succi Rutæ.

Cyclamin.

Cæpar. q. s.

Et cum melle cocto f. suppositoria.

Proderit enim etiam ad flatus euocandos. Per os sumat singulis septimanis mane Theriacem optimam, vel Mythridarium fabæ quantitate tribus horis ante prædium, reliquis diebus cochleare succi car-

ci cardui benedicti cum extracto Zinziberis, Zedoarię, vel calami aromaticis ita vt tribus vnciis syrapi extracti ꝑ addatur, & his tribus medicamentis ad anni huius exitum contentus sit: verum ventrem singulis diebus mane sequenti oleo calido vndiq; vngat:

℥ Cymar. absinthij p. j.

Maioꝛanę.

Rosar. rubear. an. p. ꝑ.

Macis ꝑ.

Caryophyll. ꝑ.

Mastich. ꝑ.

Decoq. in ol. amygd. dulc. rec. ꝑ viii. & vini albi ꝑ iij. ad consumptionem vini, conferuentur omnia simul in vitro, & loco calido. Ex eo sumat cochleare, & addat paululum olei muschati, & dissoluetur. Mane venter vngatur, & imponatur linum decies complicatum, & singulis diebus gestet, fiatque quotidie. Umbilicus peculiariter, & sæpius oleo muscato vngatur. Quod ad dolores in dorso cum nimis vehemētes sunt, sumat decoctum Guaiaci cum pauco absinthij, & intingat linteum triplicatum, & calidè

applicetur, idque frequenter repetat. Id si nihil mitigat, applicetur aliquot cucurbitulæ forti flamma sine incisione, non regioni renum, sed vel supra, vel infra hos. Totum dorsum autem unge quotidie hoc unguento:

℞ ol. rosacei.

Chamomel. an. ℥j.

de absynth.

Axungia gallinæ an. ℥ss. Misc.

Hoc unguento tota regio illa in dorso ungetur exceptis locis circa renes, quibus erit utile hoc sequens:

℞ Unguenti rosac. Mef. ℥j.

amygdal. amar. num. v.

Cū oleo amygd. amar. f. Unguentū. Flatus nec supra, nec infra retineat, sed excernat. Anum sæpè butyro illinat mediocriter salso. Ore mastice Zedoariam, imò & deglutiat: ita flatus discutiet. Faxit DEVS vt hæc quàm felicissimè procedant. Quod si deinceps quoque consultus fuero, consiliū meum libentissimè de iis, quæ mihi exponentur, communicabo.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CON-

CONSILIVM XIII.

*De expuitione frequente, pro quodam Nobili
Adolescente.*

EXPVITIO frequēs, qua indies molestaris, non aliundè, quàm ex defluxione capitis, qua omnes studiosi de sententia Marsilij Florentini offenduntur, originem ducit. Vt autem ab hoc symptomate & aliis, quæ successum temporis catarrhus excitare posset, liber euadas, duo tibi diligenter obseruanda sunt, nimirum conueniens victus ratio; & idoneo tempore medicamentorum assumptio. Victus ratio non solùm consistit in dextro cibi & potus vsu, verùm etiam in motu & quiete, aëre, somno ac vigilia, affectu, repletione & inanitione. Aër in quo versaris sit temperatus, non multùm in calore, neq; frigore recedat: siquidem frigus cõdensando; calor verò resoluen- do defluxiones augent. Itaquæ vaporarium tempore hyemis mediocriter sit calidum. Cubiculum in quo dormis sit bene clausum, ne aër nocturnus caput attingat. A solis & Lunæ radiis caput im-

110 CONSILIOR. MEDICIN.

mune sit, Nocturno tempore caput intra munies. De die aërem turbidum nubilosum, ventos quoad fieri potest fugito. Si necessitas vrget capiti, pedibus, & toti corpori prospicito, ne frigus suam vim imprimat. Ad corrigendum artificiosè aërem, nō vterer suffumigiis, vt fieri solet, quòd magis caput replent, atq; fluxiones ad pectus defluere faciūt. Vellem igitur rectificare aromatibus & herbis odoriferis tenendo in habitatione. Motus cibum antecedit; non sit superfluus: quòd spiritus & calor supercalefacti liquefaciunt humiditates. Fugias itaque excursiones, & pilæ exercitium, præsertim à cibo. Mane postquam surrexeris caput linteo & pectine fricetur atque pectatur. Faciunt enim ad resolutionem vaporum. Panni verò quibus fit frictio, non sint nimium calidi, ne calore attrahatur materia ad caput, ipsumque repleat, & defluxionem augeat. Vellem tamen, vt singulis septimanis ad minus tempore matutino sequenti lixiuio caput ablueres, & post lotionem pannis exiccares calidis. Acciperē iustam quantitatem

titatem lixiuij, in quo incoquerem be-
 tonicæ, absinthij, Rosar. Afari, singulo-
 rum manipulum vnum, spicæ odorife-
 ræ mß. Lotiones pedum mane & serò
 ex camonilla factæ conferunt plurimum
 auertendo materiam à cerebro. Somnus
 fit nocturnus : diurnus tanquam pestis
 euitetur. Post prandium quiescas à stu-
 diis, donec tres horæ elapsæ fuerint, ne-
 que post cœnam studiis incumbas. Si-
 quidem in multam noctem studia pro-
 trahere, & matutino tempore in lecto
 stertere non solùm fluxiones parit, ve-
 rumetiam ingenio officit. Cœna sit fru-
 galior prædio, ne somni tempore maior
 vaporum copia ad caput eleuetur, i-
 psùmque repleat. Cibis sit digestio-
 ni aptus, non viscosus, pinguis, & vn-
 ctuosus. Ideò fugiat carnes porcinas,
 aues in aquis degentes, & pisces stagna-
 les. Carnes vitulinas, hœdinas, ani-
 malium degentium in montibus, aui-
 um nemoralium laudo. Pisces fluuiati-
 les, quales sunt lucij, funduli, aua-
 tæ, & id genus conueniunt. Olera o-
 mnis generis fugito, excepto atriplice,

beta & spinachia. Potus sit moderatus cereuifiæ & vini. Ebrietatē matrem fluxionum fugito. Dabis quoque operam vt singulis diebus beneficiū alui habeas, quoniam secum retentio virtutem ventriculi naturalem opprimit, atque facit, vt ab ipso, & à toto corpore eleuentur vapores caput replentes. Est quoque nimia inanitio fugienda. Solet enim calorem innatum, & spiritus naturales resolvere, ob quam viuentes suam exerere facultatem nequeunt. Affectus animi sint moderati, lætitia & gaudium multum conferunt, quod calorem refocillant naturalē. Tristitia, ira & meditatio, præsertim à cibo valdè afficiunt. Ideò summo euitabis studio. Et hæc de victus ratione breuibus dicta sunt. Quantum ad applicationem medicamentorum conuenientem spectat, suaderē vt singulis annis bis in Autumno & Vere euacuationibus moderatis vtereris, quòd ex quotidiana cibi & potus assumptione paulatim malorum humorum coaceruatio crescit, ex qua non solum cerebrum repletur, verum etiam alia & varia symptomata excitare potest,

potest, siquidem & *Gutta cauat lapidē non vi, sed sepè cadendo.* Itaque tribus diebus continuis subsequenter hauries potionem tempore matutino, post ieiunes tres horas:

℥ Syrupi de betonica ℥ j ss.

Aq. betonica.

Feniculi.

Cichor. an. ℥ j.

Sp. Diarrhod. abb. ℥ j.

Misc. f. potio per vna, & sic pro tribus. Possunt etiā addi aliquot guttule aquæ cinnamomi. Post quarto die, quinque horis ante prandium, assumes subsequentes pillulas, & domi te contineas:

℥ Massæ pillular. aurear.

Sine quibus esse nolo an. ʒ ss.

Cum syrupo de succo violar. f. pill. nu.

xvii.

His peractis dabis operam vt materiam defluētē ad fauces inordinatē per convenientes vias, nimirum per nares educere possis. Quod fiet si mane postquam te emundaueris ab omnibus recrementis, sumpseris instar pisi de puluere subscripto, & naribus indideris, atq; sternu-

tationem excitaueris:

℥ pulu. Maioranæ.

-oij Nigellæ.

2000 Caryophyllorum.

Rad. Iridis an. ʒβ.

Pyrethri.

Ellebori nigri.

Piperis albi an. ʒj.

Commisceantur, & dentur in pixide.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHHEIM, &c.

CONSILIVM XIII.

In dolore à flatibus, pectoris angustia, constipatione ventris, capitis, itemq; morborum & articulorum dolore. pro quodam Generoso Domino.

OMNIA enumerata symptomata dolores à flatibus, pectoris angustia, constipatio ventris, capitis dolor, itemq; lumborum & articulorum, veram habet causam diminutum calorem naturalem. Ideò Medicus qui illustri Domino rectè succurrere volet, maximè ad conseruationem caloris naturalis respicere necesse habet. In iuuenilibus corporibus calor

calor excitatur exercitiis; in senibus vero quiete, frictionibus, moderatione cibi & potus. Ideò fideliter moneo, vt Illustris Dominus quotidie lenes frictiones brachiorum & crurum ferat, quin & totius corporis. Hoc enim erit vice exercitij: ac quanuis Podagra hoc modo se paulisper commoueret, tum plus commodi, quam incommodi inde sperandum fuerit. Deinde somno ne detrahat, & ad minimum decem horis se in lecto contineat, etiam si non dormiat. Etiam de die in lecto nonnunquam quiescat. Tertio simplicissimo cibo & facilis coctionis, & qui gratus stomacho sit, cum potu laudato contentus sit, quia natura est paucis contenta, & superflua onerant, non roborant. Vespere minus potius, quam nimium edat, & affectus deponat, quantum potest. Inter medicamenta ab omnibus Medicis doctis ad roborandum calorem naturalem in visceribus & toto corpore, & spirituum generationem maxime commendatur ambra. Et quia antea prescripsi puluerem ex Ambra, margaritis & succino, ne intermittat eius usum illustr. Dn. vel solam

ambram cum saccharo tritam sumat, ita
 ut ad libram semis sacchari addatur ʒss
 ambræ. Sumatur autem vel in iusculo,
 vel quomodocumque. Aliàs commen-
 datur spiritus vini ex optimo Maluatico
 preparatus, si mane aliquot guttę cū mi-
 capanis vsurpentur. Aliqui addunt & a-
 romata, verùm hæc non omnia corpora
 ferre possunt. Spiritū verò vini seorsim, si
 benè fuerit destillatus probo. Aromata
 autem & que exiccandi corpora vim ha-
 bent, in senibus non laudo: potest tamen
 Illustris Dominus singulis septimanis
 Mithridatio vel Theriaca optima cum
 sacchar. rosar. magno suo commodo uti.
 Ad tollendas porrò tum ventositates,
 tum obstructions proderit in vinum in-
 iicere rorismarini summitates, quod
 fiat nocte præcedente antequam vinum
 id bibit, ac vasculum benè muniatur. Ex-
 istimo enim hoc plurimū profuturum.
 Ad pectoris angustiam utatur de his ro-
 tulis vna atque altera. Det autem ope-
 rā ut frequenter iteretur & renouentur:
 ℞ Diaireos simpl. rec. tabulati ʒ iij.
 Inungantur rotule ol. cinnam. & den-
 tur in scatula.

Corpus

Corpus medicamentis onerare purgantibus, qualiacunque sint, in senibus nisi extrema necessitas urgeat, minimè concesserim: ideò nec præscribo. Sed in alui constipatione sumantur manipuli duo vel tres veronicæ, & coq. in pingui iure gallinæ mediocriter salito: & postquã bene diu ebullierit, exprimatur, & addatur expressioni cochlearia iij sacchari rubri & f. clyster. Dissuadeo etiam omnia ea enemata, quibus purgãtia medicamenta immista sunt. Nam ab his calor intestinorum debilitatur, ventositates augentur, & multa inde incommoda sequuntur. Id ipse ægra, sed fida manu præscripsi, quæ DEVS fortunet.

IOHAN. CRATO
A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XV.

*In perturbatione, & intemperie spinæ
dorsæ.*

PERTURBATIO ista & intemperies, quæ in spina dorsæ percipitur, haud dubiè est à materia defluente, quæ

ieiuno stomacho mouetur. Itaq; mane
vel de syrupis suis aliquid H. V. accipiet,
vel assumet de sequenti electuario ad
magnitudinem castaneæ nucis, vel de
coctum radicum cichorei in iure pulli
macro bibet.

℞ Conser. rosar. ℥ β.

Melissæ.

Fl. borrag. an. ℥ β.

Sp. arom. rosa. ℥ iij.

Corric. citri cond. ℥ ij.

Misc. & cum syrupo violarū q. s. f. ele-
ctuarium.

Deinde ventriculum inunget hora vna
ante prandium, vel ante cœnam, vt hîc
quoq; præcepi. Si ista alteratio & intem-
peries non cessabit singulis diebus ma-
ne inungat spinam dorsi isto vnguento:

℞ Ol. chamomel. ℥ j β.,

Anethini ℥ j.

Rosacei.

Axungie Galli an. ℥ β. Misc. f. Vnguen.

Bonam & rectam victus rationē non ne-
gligat. Pedū soleas matutinis horis aceto
& sale abluat. A reliquorū medicamen-
torum vsu, nisi grauis (quod DEVS auer-

tet)

ter) vrgeret necessitas, abstineat, & cætera præpotenti DEO cõmendet. Viennæ.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XVI.

In fluxu alui.

DIFFICILE quidẽ absenti sistere flui-
dam aluum, cùm nõ satis constet, an
natura superuacanea expurget; verùm
cùm debilitas consequatur sistenda est.
Primùm quidem abstergentibus & alte-
rantibus atq; corroborantibus, deinceps
astringentibus. Pro abstersione vtatur
hordeo seu polenta potiùs hordei, probè
cocta (nam parum cocta flatus efficit) &
bibat ante prandium scutellam plenam.
Quod si etiam in iure carniũ, vel galli-
naceo coqueretur chamomeli flores, &
iniiceretur hoc decoctũ ad lib. j. cũ dimi-
dia loco enematis valdè cõueniens esset.
Roborabit vtrunq; Electuarium, quod
mitto; quorũ primo vtetur ante cibum,
altero quotiescũq;, & quandocunq; ve-
lit. Ad astrictionem lenem ordinavi vn-
guetum, si illud non satisfaceret, adhibe-
ret emplastrum de crusta panis. Quod

si & hoc parum valeret, emplastrum Diaphœnicon, quod Mesue describit, Emplastra in vicino aliquo pharmacopolio poterūt fieri. Victus rationem non muto, verùm cùm infirmior sit ventriculus, quàm vt potum aquæ coctæ vel cereuisiæ sustinere possit, vtaris vino puro, & siquidem habere poteris Rhenano. Cætera exponet Minister. Posonij. 4 Iulij. Anno 1567.

IOHAN. CRATO

A. KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XVII.

In astricta aluo, pro quodam Generoso Domino.

PRÆCEPTVM Hippocratis: Quibus iuuenibus aluus est humida, iis in senecta fit sicca, naturæ cōsentaneum est. Quia igitur Medici sunt naturæ ministri, eamque cogere non debent violentè durum fuerit, aliter hic ad aluum humectandam consulere, quàm victus ratione, & eos cibos, qui medicamenti rationem habent, quorum aliquos antea exposui. Secutus sum veterum sententiam de salsamentis, sed quia indicatum est

est mihi, ea pruritum in corpore excita-
 re, nolo in eo perseverare. Dissuadeo et-
 iam potum medicatum, cum potus ve-
 hiculum nutrimenti sit, & cum ad soluen-
 dam aluum datur, nutrimentum secum
 rapit, quod in senibus non fieri sine peri-
 culo solet. Pruna Brunnētia & butyrum,
 si diu continuentur, faciūt quod debent.
 Ficus Massilienses sex vel octo sumtæ al-
 uum leniunt. Quod si hæc nimis parum
 faciunt, recipe pulpæ prunorū Brunnen-
 sium per cribrū expressorum, adde duas
 vncias Cassiæ extractæ, & vnciam vnam
 butyri nõ saliti, & vnciam vnā sacchari, f.
 electuarium: sin metuuntur flatus, adda-
 tur cinnamomum vel Zinziber. Deinde
 cum vestram Magnificentiam flatus vr-
 gent, & supprimuntur, vtatur supposito-
 rio ex recenti butyro benè salso cum se-
 minibus nigellæ contusis. Umbilicus scē-
 pè vngatur ambra liquida. Vsus quoti-
 dianus Theriacæ, qualis est Veronensis
 ad signum campanæ, non parum quoq;
 proderit. Accipiat autem post medium
 noctis ad magnitudinem pisi grandioris
 cum saccharo Rosaceo: ita matutinus so-

mnus erit suauior. Spero autem hæc medicamenta auxiliante DEO profutura.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XVIII.

*De præseruatione, & curatione calculi
Renum.*

CALCVLVVS requirit duas methodos, scilicet præseruatiuã, & curatiuam. In methodo autẽ præseruatiua feruandus est talis scopus, ne in corpore coaceruentur humores crassi. Quamobrẽ in primis inculpata in sex rebus nõ naturalibus vtatur vict^o ratione, quẽ hoc loco enarratur. Eligatur in primis aër ad siccũ declinans, & parum ad calidũ. Excessiua namq; caliditas spiritum resoluendo est apta noxam facere. Quapropter habitatio in stibis valdè calidis minimè expedit: esto quòd hyems sit, & præcipuè, quia aër ita calefactus ad membra spiritualia & ad cor trahitur, in quibus pituita & crassi humores coaceruantur. Euitetur aër frigidus, crassus, nebulosus & palustris. Exercitiũ summe laudatur deambulan-

bulando vsq; ad sudorem inclusiue, & facto sudore abstergetur, & exiccetur cum pannis lineis. Hora autem conueniens erit matutina, id est, per duas horas ante prandium, & per horam vnam ante coenam, sed hoc sit lenius matutino exercitio. Somnus sit nocturnus, & sit septem vel octo horarum. Somnus meridianus non approbatur, nisi præcedentem noctem duxerit insomnem. Vitentur omnes animi passiones, quæ scilicet infrigidant, utpote timor, tristitia, vehemens circa aliquid difficile cogitatio. Coitus sit moderatus, & post factam primam cibi concoctionem, vel saltem post primum somnũ. Procuret omni die habere beneficium ventris: si non sponte, vtatur isto

℞ Decoctionis anis. (clystere:

Fenicul.

Chamomell.

Bliti.

Maluar. ℥j.

Hieræpicræ ℥ss.

Ol. Chamomel.

anethin. an. ℥jss.

Salis parum, f. clyster.

De cibo & potu clarè constat ex dictis, quod euitanda sunt omnia edulia, quæ crassum & tenacem succum generant, & omnia astringentia, & quæ in temperie sunt frigida, & pituitam multiplicant. Ista ergò non conueniunt, legumina, cibi de pasta, Rizum, milium, carnes grossæ, bouinæ, caprinæ, ceruinæ, leporinæ, carnes omnes porcinae, agninae, capita quadrupedum, viscera, ac interiora eorum, sicuti intestina, epar, splen, & huiusmodi: capones impinguati, & in carcere detenti, pariter aliæ aues impinguatæ in carceribus detentæ, anseres, anates & aliæ aues aquaticæ non conueniunt: nec caseus, nec lac, nec omnia alia, quæ ex lacte fiunt expediunt. Non comedat pisces lacunales, nec pisces qui sint magni, non squamosi, ceu sunt anguilla, tincha, lampretæ, cancri, cambari, hostreæ, ranæ, testudines. Oua dura quoquomodo indurata, fungi, tubera, radices omnes, omnia frixa ex carnibus, lactuca, cucumeres, cucurbita, pruna. Hæc omnia omittantur. Quæ conueniunt sunt hæc: Panis factus ex bono frumento, benè fermentatus,

tus, mediocriter salitus, decoctus in furno, & non sit plurium, quàm duorum vel ad summum trium dierum, mundatus à cortice exteriori adusto. Caro conueniens est alaude, perdicis, phasiani, turdi, turturis, columborum in turribus nidificantium pullorum, & pullarum gallinarum iuuenum, & caporum exercitatorum, & vniuersaliter omniũ auium, quæ sunt in communi vsu, non superfluè pinguium, caro hædorum, vitulorum elixa magis conueniunt, quàm assata; cùm coctionis sint facilioris, & aluũ magis leniãt, quæ carnes condiuntur cum semine vel feniculi vel anis. Aues tamen assari possunt: ex harum carniũ iusculo possunt confici sua fercula. Modo, si placet comedere pisces, sint tales, qui in flumine rapido velociter corrente capti sunt, assentur, & non elixentur, & aspergantur cinnamomo, vel pipere, vel zinzibere, vel aniso, vel feniculo. Oua tamen concedi possunt, sed rarò. In primis sint recentia, non diu asseruata, tunc conuasentur cum vino & aqua bulliente cum sale, & decoquantur tam diu duntaxat, vt

tremula & tenera remaneant. Butyri & olei vsus fit rarus, quibus solùm pro condimento vtatur. Lardi vsus admittitur, quia ratione salis attenuat, & calefacit, & exiccat. Ex oleribus conceduntur Apiũ, petroselinũ, beta, ruta, hissopus, maiorana, borrago, feniculum, saluia, teneritas lupulorũ, asparagi, artiscoki: ex his quæ calidiora sunt, cõueniunt tempore hyemis, sicut ruta, maiorana, feniculũ. Cappares & oliuæ salitæ ante alios cibos ingestæ multum commendãtur pro expurgatione humorum pituitosorũ in stomacho recumbentium. Comeduntur autẽ cappares pri^o aliquantulum decocti cum aceto passulato & pauco oleo cõmuni. Piperis, Zinziberis, cinnamomi, garyophylli, croci, sinapis, allij, porri, capæ, in moderata quãtitate vsus laudatur, præcipuè tẽpore frigido. Fercula laudãtur, quæ ex herbis cõcessis, vel ex ouis recentib^o, vel ex pane, vel ex carnibus suprã concessis cõponuntur. Approbatur brodium cicerum rubeorum, & brodium caulium cum pane. Aceto & acetosis moderatè vtendum est pro appetitus excitatione, & pituitæ

tuitæ incisione, sed sit acetum passulatū
 addito modico cinnamomo. Ex fructi-
 bus Auic. in cap. de his quæ nocent coli-
 cis, damnat fructus omnes excepto me-
 lone dulci benè maturo sumpto ante o-
 mnes alios cibos. Potus sit vinum anti-
 quum, quod vrinam prouocat. Debet e-
 nim vinum esse medij coloris, tenue, po-
 tens, odoriferum, purum, & si quandoq;
 vteretur vino maluatico antiquo fieret
 iuuamentum. Et sicut dictum est, absti-
 nendum esse ab omnibus, quæ alimētum
 crassum & pituitā multiplicant: ita dici-
 mus à multa repletionem ciborum & po-
 tuū esse abstinentum; sed laudabiles sint
 cibi & potus. Nā vinum etiam Galeno te-
 ste licet sit virtute sua calidum, in multa
 tamen quantitate sumptum, multiplicat
 pituitā, & generat morbos frigidos. De-
 scendendo ad medicamenta, primò di-
 cendum, quæ fieri debent in præserua-
 tione. Ad præseruandum ergo corpus
 ab ipso calculoso affectu, in primis appro-
 batur hoc, quod bis in anno scilicet vere
 & autumno purget se, & in primis fiat ta-
 le clystere:

℞ Bliti.
 Mercurialis.
 Fl. chamæd.
 Melilat. an. m j.
 Sem. anif.
 Fenicul. an. ʒ ij.

Decoq. in f. q. aq. deinde ℞ huius deco-
 & ʒ j ʒ.

add. Hieræ picræ ʒ ʒ.

Mellis rosa. ʒ ij.

Ol. chamomell. ʒ iij.

Salis communis. ʒ ij ʒ.

Misc. & f. clyster. Deinde accipiat se-
 ptem ex his syrupis singulis diebus in au-
 rora:

℞ Mellis rosa. ʒ j.

Oxymellis simpl. ʒ ʒ.

Aq. Chamomelli in qua decoctum sit
 parum Petroselin. ʒ iij.

Misc. pro syrupo. Post hos epotos syru-
 pos, capiat hanc medicinam per horas
 quinque ante prandium:

℞ Rhabarb. el. ʒ j ʒ.

Spicæ gr. iij.

Minutim incidantur, & aspergantur prius
 vino Maluatico; deinde macerentur in

infra

infra scripta decoctione.

℥ Passularum.

Rad. Petroselin. an. ʒ iij.

Sem. anis.

Fenicul. an. ʒ ij.

Fl. Borräg. ʒ j.

Decoq. s. a. in aq. chamomillæ q. s. deinde fiat colatura, & in huius colaturæ ʒ iij. maceretur Rhabarbarū vt supra. deinde facta forti expressione add.

Mannæ el. ʒ j.

Sp. Hieræ picræ ʒ j.

Trochisc. de violis siue scammo-
nea ʒ ij ʒ.

Misc. & f. potio.

Ex erratis in victus ratione, quia nō possumus semper nostri iuris esse, idcō in estate omni mense, exceptis diebus canicularibus semel deuorabit hanc medicinam per duas horas ante prandium:

℥ Fl. cassiæ nouiter extract. ʒ x.

cum Saccharo q. s. f. bolus.

Hyemali autē tempore loco cassiæ, deuorabit hanc Terebinthinam, pariter omni mense semel per horas quinq; ante prandium:

℥ Terebinthin. lotæ in aqua hisſopi
& altheæ ℥ j.

Salis gemmæ ℥ j.

Sp. Hieræ ℥ ſ.

Misc. & optimè incorporètur, & in cortice oui cū luleb rosato de parte in partem deglutatur.

Exiſtente verò actu dolore, & calculo, laudantur in primis clyſteria, & in primis fiat clyſtere ex oleo oliuæ in quo decocta ſit Ruta ℥ x. vel ℥ xij. capiendo dicti olei, vel fiat ex oleo oliuæ, in quo decocta ſit Ruta & Petroſelinum, poſt hoc clyſtere, fiat alterū clyſtere ex vini maluatici ℥ j. tertio loco fiat tale:

℥ Rutæ ſiccæ.

Petroſelin. an. m. j.

Chamomill.

Melilot. an. m. ſ.

Sem. anif.

Fenicul. an. ℥ ij.

Decoq. in ſ. q. aquæ, deinde ℥ huius decoctionis ℥ j.

Hieræ picræ ℥ ſ.

Mellis deſpumati ℥ ij.

Ol. rutæ.

Anethi

Anethini an. \bar{z} j. β .

Salis \bar{z} iij. Misc. & f. clyster.

Laudatur per superius ius galli factum cum polypodio, dauco, anetho, sale gemme, simile docet Mesue: vel tale fieri poterit:

℥ Polypod. \bar{z} vj.

Dauci.

Sem. anethi. an. \bar{z} ij.

Contundantur & ligentur in pœtia rara & decoquantur in lib. ij. caulium rub. vel brodij caponis, aut pulli parum saliti atq; ad consumptionem medietatis, & f. colatura, de qua mane per horas quatuor ante prandium epotabit \bar{z} vj. Laudatur oleum amygdalarum dulcium recens, capiendo ex eo \bar{z} vj. ante cibum per horas quinque, vel sex horas. Excellentius & tutius videtur medicamen post aliqua clysteria accipere hanc medicinam:

℥ Fl. cassiæ nouiter extr. \bar{z} β .

Sp. Hieræ picræ complet. \bar{z} j β .

Sacch. q. s. f. bolus, quæ accipiat per octauam partem horæ, vel ante prandium aut cœnam. Cæterum factis purgationi-

bus non negligerem encatismata, sessiones, fomentationes, stante dolore, ut renum meatus dilatentur. Itaque approbarem mundato corpore, si sederet in lina, aut vase aliquo, in quo infusum esset tale decoctum. In quo sederet pro vice per paruum temporis spacium, sed sæpius in die, ne nimis debilitaretur, & postea inungeret locum dolentem tali unguento: Herbarum pro balneo tales sunt:

℥ Parietariæ.

Saxifragiæ.

Maioranæ.

Caulium rub.

Artemisiæ.

Calamenti.

Chamomillæ.

Melilot.

Anethin.

Rubiæ tinctor an. m. j. ℥.

Sem. maluæ.

Altheæ cum radicibus an. m. j.

Sem. lini.

Fœnugr. an. ℥ j.

Misc. & decoq. in s. q. aquæ pro sessione.

Vnguentum pro renibus post sessionem:

℥ Vn-

℥ Vnguenti dialtheæ ℥ j. Sed si contin-
geret, quòd deberemus venire ad ea
medicamina, quæ cõminuunt lapidem,
hîc describo electuarium quoddã, quod
opus proficiet, quod sequitur:

℥ Cineris scorpion. ℥ ij.

Cantharidum abscissis capitibus
& alis ℥ j.

Sanguin. hirci exiccati ℥ ij.

Cineris vitri.

Caulis non transplantati.

Cineris leporis.

Caudæ tremulæ.

Cortic. ouorum, è quibus egres-
si sunt pulli an. ℥ iij.

Lapid. Iudaici.

Fellis bouis.

Spongiæ.

Piperis.

Dauci.

Carui.

Sem. altheæ.

Gummi arabic.

Sem. saxifragiæ.

Milij solis.

Seseleos.

Carpobalsamum.

Xylobalsamum.

Spicæ nardi.

Capill. vener.

4 Sem. comm. frigid. maior. an. ʒj.

Puluerisentur puluerisanda & cum melle rosaceo conficiatur electuarium. Dabis à ʒ ij. vsque ad tres mane & sero stomacho ieiuno, cū aqua decoctionis ciccerum rubeor. Multa alia scribi possent, à quibus supersedeo, quia actu existente dolore, oportet adesse Medicos, qui secundum diuersitatem symptomatum diuersa applicent, & fomenta, & medicamina, ad remolliendam aluum, ad discutendam ventositatē, & ad subducendum humorem pituitosum, & feces, & similia. Ideo hæc omnia relinquo Medicis doctissimis astātibus, quò fit vt etiam me pudeat hæc leuia veloci calamo scripsisse, cū compertum habeā in ea patria tūm scientia, tūm praxi viros doctos esse, sed hæc duntaxat breuibus tetigi, vt testarer me te in omnibus in albo meorum amicorum præcipuū habere & obseruare, quæ & qualia sunt hæc. Quæ in
 charta

charta hac descripsi, præpotens DEVS in salutem tuam dirigat, quam libenter opto. Vale.

ANDREAS GALLVS TRIDENTINVS, MEDICVS.

CONSILIVM XIX.

In præseruatione & curatione Podagræ, pro quodam Nobili viro;

NOBILIS quidã Salisburgensis Podagra subindè hoc modo iam diu laborat, quo infra scripsi, ea de causa vt Excell. D. Medicus ægroto consiliũ dare facilius posset. Iste igitur Nobilis aliàs rarissimè ægrotauit, & habet corpus satis plenum atq; robustum. Dum in istis locis, nimirum Salisburgi, vbi omnium generum vina optima, & fortissima habentur, vtpote Vngarica, Austriaca, Rhenensia, Tyrolensia, commoratur & in Aula Reuerendiss. Principis Archiepiscopi Salisburgensis degebat: vino bono, vt fit ab Aulicis, nimium vsus est, & potus semper fuit maior & crebrior ipso cibo. Ex ea re ante decem annos sensit

podagræ initium, quam Podagram cum per aliquot annos non vehementem experiretur, existimauit eam plane tolli posse, si Thermis uteretur. Itaque Episcopali Medico etiam dissuadente, discessit tamen in Thermas, quas vocant, Gasteimenses in Raurica valle sitas, quæ insignem præ cæteris vim calefaciendi habere dicuntur. Reuersus ex Thermis, paulatim peius habere cœpit, nec tamè sæpe à vino forti & copioso abstinuit, nec corpus multum exercuit. Ab eo tempore Podagra paulatim augete superioribus proximis annis sæpius quotannis laborare cœpit, maximè verò circiter mensem Martium, aut paulò post, deinde æstiuo tempore, tertio circiter mensem Nouembris. Et quanquam aliàs præter ista tria tempora Podagra laboret: tamè ita leuem dolorem sentit, ut non necesse habeat decumbere. sed mense Martio, item æstiuo tempore Podagra eum vehemētior inuadit, ita ut etiam nec pedibus, nec manibus per aliquot septimanas uti queat. Quando autem eum Podagra istis tribus temporibus inuadit, tunc

I

primo

primo die & nocte satis magnū sentit
dolorem, sed posteaquam dolor remisit
vehementior, tunc ægrotus, si modò in
lecto quiescit, nec se mouet, dolorē ad-
modum tolerabilem sentit, atq; eomo-
do in lecto se sustentat, ita tamen vt nec
Podagrici tumores interim abeant & e-
uanescant, nec membra atque nerui re-
laxari videantur, atque hinc fit, (quem-
admodū nuper hoc mense) vt per 5 aut 6
septimanas, aut etiā paulò diutius, nec
stare, nec ire possit, & à famulis ex alio
lecto in alium portari debeat. Porrò æ-
grotus podagricum dolorē non tantūm
in pedibus, sed interdum etiam in geni-
bus, manibus percipit, interdum etiam
circa cubitos, axillas, coxas, femur utrū-
que podagram sentit. Interdum etiam
in sinistro latere podagra laborat, sicut
hoc mēse, quo iam diu in tergo tantūm
decumbere cogitur, nec latera mouere
potest. Quod autem ad ipsius dolorem
attinet, eum ægrotus non tantūm sentit,
quantum alij podagrici sentire dicūtur.
Etenim in ipso etiam dolore tactum fer-
re potest, etiam non subtilem. Ægrotus

delicatis cibis non est assuetus, sed gaudet cibis crassioribus & fortioribus. Itaque haecenus carne bubula vngarica libenter vesci solitus est, sed nō in magna quantitate. Quod verò attinet ad exercitium corporis eo admodum rarò vsus est. Munus enim quo apud Principem fungitur, ei potiùs ingenium quàm corpus exercere permisit. Agit autem annum circiter quinquagesimum. Etiam decem fuit liberorū pater, vxorē autem cū duceret annos habebat circiter triginta. Quoties autem Podagra laborat, tūc quò ad cætera benè valet, nec vllum stomachi, aut aliorum membrorum vitium animaduertit. Quia verò sibi vehementer timet ne podagra tam diuturna, & in singulos annos vehementior, radices tandem agat, atque sibi lethalis existat, ideò ad Excellētis. D. Medici confilium confugit, & etiam atq; etiam rogat, vt sua Exc. sibi præscribat atque suadeat, quomodo morbus iste (qui communiter incurabilis habetur) si non tolli, saltem aliqua ex parte leuari, eiusque progressus impediri possit. Hoc quoque non

non omittendum puto, urbem Salisburgū, ubi ægrotus habitat, esse propè montes altissimos sitā, & aērē habere haudquaquam subtilem, sed crassiozem. Ægrotus existimat morbum suum oriri ex calidis fluxionibus, atque eum morbum leniti posse sperat, vel purgationibus singulis annis certo tempore adhibēdis, vel venarū sectionibus, vel adhibitis cucurbitulis, vel bona diata in cibo & potu, alijsq; rebus instituenda, vel alijs modis, de quibus Excell. Dn. Doct̃or optimè cōsulere poterit. Ægrotus alioquin difficili natura est præditus, & medicamenta atq; purgationes in ipso nō facilè operantur, præsertim leuiores. Hæc igitur est ægroti istius Nobilis & morbi eiusdē descriptio, secundū quam vt E. V. consulere & consilium literis mandare dignetur, sæpè dictus ægrotus tam rogat vehementer, quàm valetudinis amans erga E. V. cupit esse gratissimus.

*D. Hieronymi Capouaccij, Medicina Practica
in schola Patavina Professoris Primarij, ad
propositum casum responsio;*

INTELLEXI Nobilem hunc virum

ter singulis annis ab articulorum doloribus cruciari, quos dolores voluntarię motionis noxa comitatur, vi cuius cogitur à sibi consuetis muniis abstinere, quia nec stare nec ambulare potest, sed à famulis de loco ad locum defertur. Ipsum dolores hi præsertim secundum inferiores artus molestant, qui non tamen vehementes adeò & intensi sunt, vt vitaliũ indicantium rationem subeant, imò nec affectas partes digitis prementibus hos exacerbari cõtingit. Ab his malis, quando absunt, corpus suum præseruari Nobilis optat, atque ita vt vel in hæc nõ amplius incurrat, vel ea saltem placidè magis, & per maiora interualla affligant: sed cum Medicos rationales non deceat affectionis alicuius præseruationem præscribere, nisi prius affectionis causa inuenta & inspecta. Idcirco priusquam, vt ab his malis præseruetur, quid sit agendum, quave ratione procedendum, scribam; necesse fore existimaui, breuissima oratione horum morborũ causas exquirere. Motionis igitur voluntarię noxa contingit à natura offensa, labefacta
 ta pa-

ta pariter & impedita. Labefactatur ob malam compositionem, quæ consistit in angustia, repletionemque cavitatum articulorum, & in aucta supra modum magnitudine ligamentorum, tumore scilicet. Impeditur autem ob intemperiem earundem partium frigidiorum & humidiorum. Cæterum malæ compositionis & intemperiei iam dictæ causa opifex proxima est humoralis materia confluxa, quæ sui corpulentiā malam structuram efficit, sed qualitate altera. solet autem in mēbris materia præter naturam colligi, vel paulatim & via quadam congestionis, quando nimirum pars infirma ægrè concoquit, ratione eius offensæ concoctionis excrementa in parte multiplicantur & acervantur: vel confertim & via confluxionis, quando materia vel attrahitur, vel transmittitur. In hoc Nobili viro materiam humoralem in artus confluere iudico, quia ipsum repētè affectus hi arripiunt. Namque cum horum locorum nullus calor immodicus præcesserit, nullus etiam dolor, hæc graviter lancinans antegrediatur, existimo

materiam humoralem in artus excurrere per viam transmissionis. Accidit autem in artibus materię fluxionē firmam propter imbecillitatē, quam ascititiam ex relatis cōiicio, propter malam viuendi rationem in cibo & potu, & ob veneris vsu. Quas causas multum posse & ad refrigerandos, humectandos, & immoderatē laxandos artus omnes norūt. Materia huiusmodi ab initio mista est ex sanguine, bile & pituita. Dico autem ab initio, quia temporis interuallo humores calidiores in tenuitatē resoluntur & transpirant. Pituita verò sui frigiditate, crassitie, & lentore calori resistēs permanet. Atque hinc euenit dolores esse in principio acerbiores, qui postea dissolutis, diminutisq; calidioribus humoribus mitescunt. A toto corpore materia hæc in artus per venas propellitur, quæ materia peccans, cū opus præter naturam sit, læsam aliquam functionem consequitur. Et hæc functio est & chylicatio & sanguificatio. Chylicatio quidem ratione pituitę, sanguificatio ratione calidorum humorum. Offensa autem

tem est chylicatio, non læsa facultate coctoria, quia ex casu mihi proposito intelligo, ventriculum Nobilis viri & robustum satis, & benè temperatū esse: sed ob errorem externum, qui oritur à causa externa, à cibus scilicet crassis, & immodico vini haustu, sanguificatio etiam vitiatur partim læsa facultate & labefactata ob intemperiem calidiorem iecoris, & ab errore externum, vinum scilicet merum & potens, à quo vino potuit etiam iecur accendi. Dum peccantes hi humores copiosi & noxij colliguntur in venis totius corporis, non mirum est si otio & quiete, cum nequeant consumi, sæpè aggrauantes atque molestates vim expulsoariam, propellantur ad artus, tanquam ad cloacas quasdam, & præcipuè ad inferiores: tum quia naturæ impetu crassiores humores deorsum potius vergunt, quàm sursum, tum etiam, quia hi magis in fonte caloris distant. Gratia igitur præseruationis oculis ad duo potissimum dirigere expedit, ad materiam scilicet peccantē, & ad partes affectas. Ratione materiæ iam genitæ, non ratione

confluxionis oritur indicatio euacuandi, purgandi & reuellendi. Et quia non licet materiam peccantem in quali purgare, nisi primò alteretur & præparetur, ideò oritur etiam indicatio præparandi. Cumque non liceat materiam peccantem in quãto euacuare, nisi primò si quæ sunt in primis viis excrementa educantur, ideò oritur indicatio leniendi. Quò ad partes affectas, artus omnes, præsertim inferni, calefaciendi, siccandi, vel leuiter densandi sunt. Iecur etiam moderatè refrigerandum. Scopos hos absolui quidem posse confido, cum in visceribus effatu dignæ distemperantiæ non sunt, quæ quasi semper hos ita affectus comitantur, non ex toto tamen, nec ita facilè futuram hanc præseruationē polliceor, propter antiquã & inueteratam articulorum imbecillitatem. Iam ergò auxiliorum materiæ proponantur. Ex chirurgico fonte elicio sectionē venæ, hirudines & cauteria. Nam cum vitia articularia sint magni momenti, quis existente plenitudine hæc efficiente & fouente, aut producere potente, magnū auxi-

auxilium sanguinem minuens deferet. Cuius magni auxiliij materia est venæ sectio. Hoc ergo vere futuro proximo absentibus malis, audacter vena basilica dextri cubiti, aut communis aperiat, & sanguis in ea educatur copia, quæ videbitur præfenti Medico congrua & idonea, pro ratione & plenitudinis indicantis & virium permittentium. Autumno postea ante malorū inuasionē sanguis adhuc euacuari poterit debili auxilio, ac proinde hirudinibus hæmorrhoidibus adhibitis, ne magna nimiū fiat bis in anno secta vena, ratione ætatis & viriū spiritus vitalis dispendiū. Cauteræ etiam probo, nō in cruribus quidem, propter maximam harum partium imbecillitatem, sed in brachiis potiùs. Per hæc enim emissoria fiet reuulsio, maxima humorū colluie à natura extra corpus per hæc depulsa & expurgata. Ex fonte Pharmaceutico gratia lenitionis ventris elicio, vel mel rosaceum solutiuum cum Manna, si excrementa pituitosa & satis crassa primos obsidebunt ductus, dissolutum in aqua stillaticia betonicæ, sin minus

rosac. solut. dissolutum cum aqua stillaticia cichorij. Gratia præparandæ materiæ peccantis in quali, probo serapia ex betonica & ex cichoreo additis decoctis, vel aquis stillaticis cichorij, betonicæ & iuæ. Pro hac materia purganda sunt in vsu pillulæ illæ de hermodactylis maiores, cochix, addita masticinarum particula ne ventriculus labefactetur, & ipsius pulueris iuæ gratia vehiculi, vt longius harum vis perueniat & ad artus ducatur. Non semel sed bis fiet præparatio cum purgatione. Pro corroborandis articulis intrinsecus & quamprimum vtatur decocto ligni, corticis & falsæ.

℞ Salsæ ℥ iiij.

Ligni ℥ iij.

Cortic. ℥ ij.

Decoq. in lib. xij. aquæ stillaticæ endiuæ, sonchi & cichorij, ne iccur accedatur, ad consumptionem dimidij, vel in aqua communi additis in fine quasi decoctionis m. iiij. fol. cichorij & endiuæ. Pulueres etiam probantur ex betonica, falsæ & cortice, redacti ad formam pillularum, cum pauxillo syrupo ex cichoreo

& tres ex his ante fyrupum ligni, corticis & falsæ semper assumat. Bis in die hoc vtatur, & spacio quadraginta dierum, plurimumque pro tolerantia. Intrinsicus Autumno futuro & hyeme probatur terebinthina illa cretica, elota in aqua betonica cum pulueribus iuæ & betonica. Probatur illud celebre Alexandri Traliani Diacorallium, probantur magna antidota. Ea tamen lege his vtatur, ne ratione caliditatis iecur accendant, unde vel rosarum conserua, aut cichorij corrigantur, abluique poterit terebinthina ex aqua cichorij. Extrinsicus gratia crurum pedumque administrentur lotiones paratæ ex aqua alterata cû mastiche, nucibus cupressi, betonica, iua & saluia. Gratia iecoris non desunt, que intrinsicus assumantur aère calidiore, vt post vsum ligni refrigerantia mitia, veluti conserua rosarum, cichorij, serú lactis caprinum. Extrinsicus etiam nondum longo temporis interuallo ligni bibet decoctum, regioni iecoris poterunt admoueri Epithemata confecta ex succo vel cichorij, vel endiuizæ addito

modico aceti. Linimenta etiam, veluti
 estrosaceum & sandalinum. Diligens
 instituat^r viuendi ratio, nec cibus illis
 crassis vtatur, sed tenuibus & coctu faci-
 libus. A vino per annum abstineat, & lo-
 co vini bibet aquam alteratam cum co-
 riantris, & tempore frigidiori addatur
 modicum cinnamomi. Vinum postea
 eligat tenue & aquosum. Veneris volu-
 ptuosæ vsum relinquat, nec nisi per ra-
 rissima interualla coëat. De aliis rebus
 non naturalibus non loquor cùm certò
 sciam Clarissimos Medicos in ea regio-
 ne non deesse, qui congruã & idoneam
 ipsi viuendi rationem instituire & præ-
 scribere possint. Et hæc currenti calamo
 dicta sunt pro salute Nobilis huius viri.
 Patauij, Anno 1575.

*Medicus Archiepiscopi Salisburgensis ad
 D. Hieronymum Capouaccium de
 precedenti casu.*

NOBILIS hic vir articulario morbo
 iam annis circiter duodecim vexatur,
 qui quidem ab initio dolores in pedibus
 solùm, comitante tumore rubeo circa
 mallo-

malleolos & digitos excitauit aliquo modo tolerabiles, nec diu durātes. Nūc verò procedēte tempore & ætate, magis affligit, nec in vno loco fixus permanet, sed diuersas corporis partes oberrando, præter pedes etiam genua, manus & coxas, & scapulas occupat, qui vt plurimū præterquam quod verno & autumnali tempore accessiones suas facere cōsueuerat, etiam æstiuo tempore inuadere solet. Duraruntq; accessiones ferè menstruum tempus, præter proximā, quam autumno habuit. Hæc enim per septem septimanas ferè durauit. Causam ipse arbitratur longioris doloris, quod consuetas corporis euacuationes distulerit, ac demum omiserit. Et quamvis toto anni tempore accessiones non permaneant, ac interim, quia à doloribus liber, sanus sibi videatur: perpetuam tamen imbecillitatem in pedibus percipit, ac grauitatem cum tumore impediēte facultatem motricem. An verò membra externa, ob primarium aliquem affectum doleant, ac functione sua destituantur: an verò ab intemperie vel affectu aliquo

membrorum corporis internorum causa morbi depēdeat, facile diiudicari poterit, si huius Nobilis viri principalium partium, quæ toti corpori actiones suas mutuant, temperamentum consideretur, ac eius viriū ratio habeatur. Quantum ad tria principalia corporis membra attinet, videtur vitalis actio æqualis temperamenti esse, quæ tum expulsus magnitudine & robore, tum etiam animi magnitudine, ac aduersorum tolerantia, ac constantia talis esse deprehenditur. Cerebrum humidum arguit defluxio & distillatio, qua subindè laborat. Quamvis ingenij acumen & ratiocinandi vis ac memoria firma, in eo vigentes temperatum id esse indicēt: ex accidente tamē propter intemperantiam in cibo & potu, & præterea ætatem declinantem & canitiē, in humidius & frigidius mutatum videtur. Nam vino vaporoso & potente gaudet, & si largius biberit præsentem grauitatem in cerebro percipit, quam etiam cōstitutione aëris frigida & humida persentire solet. Epatis temperamētum in calido excedere dubium

bium nō est, quia venas habet latas, ple-
 nas, conspicuas, urinam citrinam, croce-
 am, spumofam cum pauca hypostasi, &
 in fundo farina arenosa, rutila & rubi-
 cunda residet. Ac epar præcipuè vitio-
 sum esse ex sanguine ipso diiudicatur,
 quod in omni sanguinis detractio-
 ne, nunquā syncerè rubeus apparuerit, sed
 liuidus, subniger, & cum multa aqua ci-
 trina immixtus. Ventriculum quoque
 vitiosè cōcoquere indicio est, quod non
 multum appetat, & parcè comedat, nec
 cibis euchimis delectetur. Nam fastidit
 auiculas, capones, aues, pisces, oua, & o-
 mnes carnes assas: e contra sapiunt, caro
 bubula cocta, pedes & intestina boum,
 lac & omnia pulmenta ex lacte parata.
 In potu, vino vitur potente Rhetico, fa-
 stidit tenuia & oligophora, cereuisiam
 & frigidā rariùs bibere solet, nisi immo-
 dica siti laboret. Dulcia vina omninò
 non curat. Et si quid ventriculum fasti-
 dire faciat, ingesserit, id facilimè per vo-
 mitum reiicit, ac putat se ventriculum à
 futuro morbo per vomitū præseruare.
 Ante biennium scabie laborauit per v.

niuersam cutim, quæ adeò molesta fuit, quod dies noctesq; dolores pruriginosi nunquam cessarent. Hoc verò solatij inde habuit, quod articularis morbus tum mitius accederet. Et ex usu Thermarum nitrosarum scabies curata fuit, ac dolores articulares intensiores redierunt. Cumq; ex his facile constet, morbum hunc ex internarum partiũ, & potissimum Epatis vitio causam suam traxisse, scire cupit Nobilis hic vir, an affectus iste, si non ex toto curari: tamen aliquo modo, ne acerbius in posterũ affligat, præseruari possit. Dubitat etiã, num si à vini potu abstinuerit ex toto, ne propter longum eius usum aliqua noua corpori alteratio accidere possit, cũ audierit aliquos articulario morbo laborãtes, à vino abstinuisse, in deteri^o relapsos ob consuetudinem mutatã. Decoctum ligni cum salsa pariglia abhorret, quod viderit eius usum aliquibus hinc non feliciter successisse. An verò decocto ligni posthabito, alia curandi ratione affectui huic subuenire possit, à Doctis. & Clariss. D. Medico certior ferri cupit.

Respon-

Responsio D. Hieronymi Capouaccij

Medici Patauni;

NOBILIS hic vir pro præseruando corpore à doloribus articularibus multa scire optat. Atque primum rationem prognostici: Nunquid omninò euelli & profligari possint: vel si fieri hoc non poterit, vtrum mitiores & per rariora interualla corpus eius affligentes, hoc fieri sit possibile. Galenus noster in 6 lib. quem scribit de regenda valetudine; Dolores articulares, ait, esse affectiones præter naturam diuturnas, rebelles, remediisq; recta ratione administratis valdè resistentes. Et præsertim hoc debet intelligi, quando dolores hi diu progrediuntur. Nam cum ad hos promouendos dolores articulorum imbecillitas præter naturam cõcurrat, rationi consentaneum est, doloribus his per largum temporis interuallũ perseuerãtib; articulos imbecilliores reddi: cum res ita sese habeat, & dolores qui Nobilem virum cruciant, non sint vnus mensis, nec duorum, nec sex, nec vnus anni, nec duorum annorum, nec sex, sed duodecim. Conclu-

do esse impossibile, vt hi dolores penitus remoueantur. Spero tamen quod materiis auxiliorum iam propositis mitiores euadent, & quod non ita frequenter ipsum inuadent. Nam si articulorum imbecillitas, præsertim est in causa horum dolorum, nonne hac imminuta imbecillitate, dolores minus acerbi, & rarius infestates efficietur? Dubitatur deinde circa exhibitionem ligni & radicis salsæ parillia, cum multi perceperint ob usum huius decocti emolumentum. Ego sum huius sententiæ, quod maximam ex usu huius utilitatem percipiet. Et ratio est, quia omnia remedia conferunt, dum adsunt ea, quæ indicant remediorum exhibitionem. Cum in articulis huius Nobilis viri introducta sit imbecillitas propter intemperiem frigidiorē & humidiorē, nonne maximè conducent remedia calefacientia, siccantia, & ad longinquas partes penetrantia? Materia autem remedij calefacientis, siccantis, & ad longinquas partes penetrantis, præstantissima & efficacissima est decoctum ligni Indici, & radicis salsæ. Sed præterea nonne

nonne cerebrum habet frigidius & hu-
 midius? Nonne ventriculum frigidiorē?
 Atqui horum membrorū distemperan-
 tiis magnoperè opitulabitur decoctum
 ligni Indici, & radicum falsæ. Sed aliquis
 obiiciet, Iecur eius calidius, quod non
 indicat remedia calefacientia & siccan-
 tia, sed refrigerantia. Respondeo: Quan-
 do adsunt contra indicantia, debemus
 attendere semper ad ea quæ magis pos-
 sunt. At in hoc magis potest excessus
 frigiditatis quàm caliditatis. Ergo præ-
 cipuè sunt oculi dirigendi ad frigidita-
 tem. Nam habemus articulos frigidos,
 cerebrum frigidum, & ventriculum fri-
 gidum. Iecur autem duntaxat calidius
 est. Ecce quod plura sunt membra ha-
 bentia frigiditatem excedentē, & vnum
 tantum reperitur membrum calidius.
 præterea incipit prima ætas declinans, in
 qua solet calor diminui. Extrinsecus etiã
 dum assumet decoctum, regioni iecoris
 poterunt adhiberi epithemata refrige-
 rantia, & vnguenta refrigerantia iam a-
 lias à me proposita. Et post huius assum-
 ptionem, si iecur calidius redditum vi-

debitur, poterit vti illis conseruis refrigerantibus, & sero lactis caprini. Oh multi non perceperunt iuuamentum ex usu huius decocti. Respondeo, Quandoq; remedia non iuuare, quamuis adsunt horum indicantia, dum perperam administrantur, vel ob insolentiam patientium, vel ob inscitiam Medicorum. Læto itaque animo præparet se ad sacrosancti Remedij huius assumptionem. Quærit nunquid præterita huius remedij materia possit alio modo curari. Ego constanter affirmo, nullo alio modo curandi nos posse vti, qui tantum iuuamenti sit allaturus, vt iam prædict^o. Quia ex Hippoc. Magnis & extremis affectionibus magna remedia conueniunt. Dolores autem articulares duodecim annorum sunt affectiones magni momenti. Ergo expostulabunt magna remedia. Vnde cum multa reperiri possint, artus frigidiores, cerebrum frigidius, & ventriculum frigidiorum corroborantia, nullum tamen erit magis idoneum in hoc individuo, quam decoctum ligni & salsæ. Quantum attinet ad vinum, si non poterit à vino commo-

commodam abſtinentiam per annum integrum perferre, menſis ſaltē ſpaciū huius uſum relinquat: vel ſi fieri id non poterit, eo ſpacio temporis ſaltē uinum relinquat, in quo Medici curationē agredientur. Nam uinum ſolet præcipitare materias ad locos debiles.

CONSILIVM XX.

In podagra, & dolore lateris dextri, pro quodam Magnifico viro;

DE Italico puluere antea ſatis meam ſententiam tum tuæ Magnificentia, tū D. Monauio expoſui, eo ſine huius generis pulueres & compoſitiones ab antiquis Medicis deſcriptas reperiri, ut ſeroſi humores tollātur, à quibus ſunt inſenſiſſimi illi dolores podagrici. Non prodeſſe autem eadem remedia, niſi iis, qui optima diætā utuntur, neque cruditates intemperantia cumulant, Medicis itidem notiſſimum eſt. Cū ſciam igitur V. M. non poſſe ſemper ordinē exactē obſeruare, qui requirebatur, non ſine graui cauſa de puluere uſurpādo du-

bito, & sanè grauius periculū, quàm auxiliū inde video expectari posse. Quod si seruare diætæ rationem M. V. posset, vel hoc electuario, vel puluere vti cōcederem. Olim in aula frequens fuit succus vel syrupus de spina ceruina, qui syrupus domesticus fuit appellatus, quo multi Aulici in podagra & aliis morbis, cū leniter purget, & serosa educat, pro præseruatione cum fructu vsi sunt. Eum syrupum domesticum singulis septimanis exhiberem semel, vel certè singulis quatuordecim diebus. Nam & materiā calculi remoueret, & dolorem in latere dextro mitigaret. Eodem facit & hoc si radices Eringij in potum iniiciantur.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXI.

De præseruatione & curatione morbi articularis, pro quodam Clarissimo Iureconsulto;

IN vera curatione morbi articularis non modò ad materiam fluentem ad
arti-

articulos respiciendum est, vt ei occurratur, ne videlicet aut generetur in corpore, aut maturè educatur, sed vt articuli & membra recipientia fluxiones, quibus per interualla inflammatio & tensio dolores gignēs adiuncta est, debitam roborationem & alterationem accipiāt. Materix autē in corpore generationem in vniuersum prohibere, etiam obseruata exquisitissima diætæ ratione, videri potest impossibile, at si necessitate virgēte talis obseruetur, qualem Franciscus Pechius quondam, de quo Frāciscus Alexander Medicus scribit, eum iam quinquagenarium captum morbo articulari grauiter afflictum totis annis viginti turri inclusum fuisse, vixisse autē sola aqua & pane. Ea diætā beneficio naturæ materiam absumptam, & motu atque exercitio articulis roboratis adeò vt liberatus nullos vnquam dolores podagricos senserit. Ex quo perspicuum est immoderationem in victu huius morbi quasi matrem esse. Quate si quis eo liberari velit, aut rarius mitiusq; affligi, sciat simplicissimam victus rationem sibi obser-

uandam esse, vitanda quę serofos humores augent, sicut ob eam rem in hoc casu Medici gallinarum etiam carnes improbant: Possunt autem vtiliter gallinæ aut assari, aut adiecto carnis bubulæ frusto coqui. In vniuersum cauendum à carnibus excrementitijs, vt à suilla, agnina, auibus, quę in locis palustribus degunt, vt anseribus, anatibus. Abstinentiũ etiam à piscibus maximè carpionibus, & qui squamis carent, & in stagnis capiuntur, quod volo etiam de cancris intelligi. Non vtendum lacticinijs & in butyro frixis. Denique victus sit ad siccum declinans, & qui quam minimum vitiorum humorum coaceruet. Pestilens est ciborum vacuitas, & vsus fructuum, & præsertim pomorum. Potus eligatur, qui superfluitates non augeat, sed per vrinam aquosa educat. Nam ita statuendum esse, Prudentissimi iudicant, in dięta podagricorum maximam habendam esse potus rationem. Constat vina plurimum incõmodi asserre, præsertim Vngarica, Morauica, Bohemica, Austriaca, ob exhalationes copiosas & admistam calcem,

calcem, impurioreſq; terræ partes quaf-
dam: Rhenanum nō ita nocere docent
exempla eorum, quibus eius uſus pluri-
mum profuit. Poſſunt & vaſorum muta-
tione uina puriora reddi, & iis qui eo ca-
rere nō poſſunt, accommodatiora fieri:
Cereuiſiæ quidem non ſunt uniuſmodi,
tamen ea eligenda, quæ pura, defecata,
ut Bohemica, & quæ diuretica eſt. Do-
cti enim Medici omnes ab experimen-
tis didicerunt, ea corpora, quæ multum
urinæ emittunt, & ſudant frequēter, mi-
nus à Podagra tentari. In quibus verò il-
la duo experimenta ſudor inquam & u-
rina detinentur, ij ad hunc affectū maxi-
mè procliues ſunt. His de cauſis moue-
or, ut falſaſtras, quod nuper inuentū eſt,
uſum ad præſeruationem nequaquam
improbem, ſi facultatem habet urinam
& ſudorem ciendi. An verò quod aliqui
gloriantur, id inſit ei ligno experimen-
to nullo obſeruauit. Apud antiquos legi-
mus remedia quædam, tum ad curan-
dum, tum præſeruandū præſcripta, quæ
uim exiccandi habeant, & abſumendi
ſuperfluitates corporis, ut Diacoralliū,

quod ab Alexádro Tralliano commen-
 datur. Prædicatur etiam mixtura quæ-
 dam è sale Sambuci cum speciebus Dia-
 corallij, & magnifit à plurimis. Ego nec
 prædico, nec cõtemno illa, sed relinquo
 suis autoribus: Ego & ratione & experi-
 entia multiplici adductus rasuram cor-
 nu ceruini optimi ligatam in petia & im-
 positam potui certum habeo & vrinam
 prouocare, & corpora, modo ad id pro-
 cliuia sint, facilè ad sudorem disponere,
 si præsertim mane in lecto se contineant,
 & membra foueant, quod qui faciunt, à
 podagra ferè liberi sunt. Nam cùm cras-
 si humores absque serosis non possint
 fluere, optima est præseruandi ratio, in
 victu serosorum copiam euitare, & si in
 corpore cumulentur, per sudores & vri-
 nas tempestiuè educere. Manifestum
 est enim quamprimùm serum intus de-
 tinetur, aut sudor inhibetur, maximè si
 consuetus fuerit, imminere paroxysmos
 podagricos. Id à Medicis hætenus quia
 nõ satis est obseruatum, in plurimis ma-
 lum extremè inualuit, adeò vt materia
 indurata, & debilitato calore natiuo in
 cura-

curatione parum spei sit positum. Ad ro-
 boranda autem membra Thermæ qui-
 dem, & alia topica celebrantur, sed mea
 sententia nihil conuenientius, quàm in
 Octobri fomentum factum ex vinaceis,
 è quibus tempore vindemiarum paulò
 antè vinum expressum est, idq; facien-
 dum toto illo tempore vindemiarū, ve-
 rū purgato jam corpore. Remedia, quæ
 in paroxysmo solent exhiberi, cum tem-
 pora morborum nō vnusmodi sint, nec
 facilè obseruari possint, & sæpè materia
 fluens alia est atque alia, non tutum est
 præscribere, sed Medicus prudens pro
 statu præsentis facilè inueniet, quod ini-
 tio impetum humorum sistat, postea ad
 maturitatem faciat, denique materiam
 resoluat: & membrum non debilitetur,
 sed ei robur addatur. Ad resolutionem,
 cum post paroxysmum tumor adest, ni-
 hil melius est fomētationibus. Eas non-
 nulli ita præparant ex herbis, absinthio,
 artemisia, & eruca. Aliqui artificiales
 Thermas faciunt ex alumine, & sulfure
 cum pauco Thuris & baccis lauri. Ego
 suadeo vt pedes quàm minimū hūme-

ctentur, sed vapore excipiatur à pedibus de eruca, absinthio & artemisia coctis in aqua & vino, omiffis tum unguētis, tum purgantibus fortioribus.

I O H A N. C R A T O

A K R A F T H E I M, & C.

CONSILIVM XXII.

In debilitate articularum, vigiliis, & alui constipatione. pro quodam Generoso Domino;

GENEROSE & Illustris Domine, intellexi cessasse dolores Podagricos, sed membra languere, & vigilias esse molestas, & aluum constipatā. Quamquam autem de his non valdè experitur meum consilium, & Medicis ipsis auxilia nō defutura sunt, tamē debitæ observantiæ, & commodi publici ratione habita hæc pauca monere visum fuit. Primum nihil vtilius ad roborandos articulos fomēto ex origano, artemisia, & absinthio, cum paucis rosis in vino coctis, & adhibito decocto pedibus per vaporem tantum. Pro somno nihil vtilius, quàm vesperi

vesperi solo vino Pucino uti, sed bene defecato, quod si flatus generaret, corrigi posset admistis foliis roris marini in eo maceratis. Aluus aperitur si in eodem vino Pucino (*Ger. Reinsfall*) pruna Borinensis macerentur, & ante cenam edantur. Nullum enim purgans censeo utile, qualecunque id sit. Nec utile est naturam frequentibus clysteribus quasi ignavam reddere. Nec est quod quicquam senex moueatur alui astrictione, cum id magis conseruationi virium proficit, quam aluus fluida, & quam facile solutam aluum deiectione virium in senes sequitur, quæ non facile recuperari in his possunt. Vinum, quod lac, ac præcipuum nutrimentum senum est, purgantibus miscere, non placet, ne natura illa auersetur. Butyrum cum saccharo optima est medicina senum in aluo lenienda. Et si sumantur radices petroselini, & bene coquantur, addatur butyrum recens & saccharum, de quo eo brodio haustus sumatur ante prandium, non modo alui lenitio sequetur, sed & vias urinæ à calculo purgabit. Hic Medicis considerata propono salsamenta, qui-

bus in hoc casu veteres vsi sunt, & à nobis magno incommodo agrorum intermittuntur. Nam certum est ea salsamenta non solum pituitam incidere, deicere, & ita aluum mouent, sed & ventriculum vehementer roborare, coctionem iuuare, & appetentiam excitare. De quo plura mouebo, si intellexero ad quod genus salsamenti maximè inclinēt Illustris Dominus. Verum cū pruritus corporis adest, abstinendum à salsamētis & salitis cibus, etsi aliàs ad soluendā aluum multum conducant. Sudorifera in hoc corpore locum non habent. Malim inunctionem ex oleo violarum purpurearum cum pinguēdine gallinæ, & medulla ceruina, quæ etiam somnū adiuuaret.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHHEIM, &c.

CONSILIVM XXIII.

De præseruatione à Peste;

QUANTVM in præseruatione in peste attinet, certum est, DEVM sibi reseruasse soli remedium cōtra pestem, cum

cum Medicus ipse pro suo corpore, cuius ipsi nota est constitutio, vix possit conueniens è tanto numero remedium eligere. Ideò difficile est in genere proponere remedia, quæ plurib⁹ profint. Multa vsu tot annorum didici, sed nulli rei præter diuinę benignitati commendare salutem meam in tali periculo possem. Quare de expertis remediis in hoc casu non libenter scribo. Pro senibus præscripsi antea duo remedia, quibus Domin⁹ & Domina uti possunt. Pro cæteris & familia reliqua seruo Electuarium de nucibus, quod fit ex ficibus, ruta & iuglandibus excorticatis æquali pondere contusis omnibus in aceto ex vino. Inde ad magnitudinem dimidię iuglandis mansumi debet. Pueris nihil vtilius, quã bolus armena, cum pauxillo tormentillę & corticibus citri in puluerẽ redactis, qui inspergatur cibo & pultibus & potui. Quoties exeundũ est domo, particulana corticis citri in ore gestare profuerit. Quisquis ex poculo suo bibat; non cum alio. Famulis aliquot baccę Iuniperi in aceto macerata dentur, vt eas masticent.

Odorent etiam acetum, cui camphora & ruta sit iniecta, cui intingatur nodulus vel spongia. In curatione plurimum potest camphora cum pauca Theriaca vel Mithridatio, sed ne fortissimo quidem homini ultra tria grana camphoræ dentur. Nec qui infectus est, vlli remedio soli fidat, sed singulis sex horis mutet. Apostemata requirunt emplastra ex resina, & pice quæ materias euocent: De medicamentis purgantibus & venæ sectione nihil habeo quod dicam, neque scio quomodo veneno resistent, aut expellant, quod fit solo sudore, & apostematum apertione. In aliquibus tamen venæ sectio locū habet. Satius est autem eam in vniuersum intermittere, quàm intēpestiuè vti, & vires imminuere, quæ in hoc casu maximè conseruandæ & augendæ sunt.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSI

CONSILIVM XXIIII.

*De præseruatione, & curatione
Pestis;*

PRÆSERVATIO consistit in mundi-
ficatione corporis & exiccatione su-
perfluarum humiditatum, & cordis ro-
boratione. Ad euacuationem non adhi-
bendæ fortes purgationes, sed diætã re-
ctiùs succurritur, & vsu harum pillularũ:

℥ Massæ pillularum Ruffi ʒ iij.

Spec. El. de gemmis ʒ ss.

Camphoræ ʒ v.

Cum syrupo de succo cardui, infor-
mentur pillulæ N. xxxvj.

In septimana bis vsurpētur numero no-
uem. Ad exiccationem & cordis robo-
rationem profunt morsuli & rotulæ se-
quentes, & electuaria. Sunt enim gemi-
na vtraque.

℥ Morsul. Imperator. ʒ iiij.

℥ Rotular. de extracto angelicæ

ʒ iiij.

℥ Macis in aceto xxiiij. horis mace-
rat. ʒ j.

Theriac. præstantis. ʒ j ss.

Succi Card. benedicti ℥ss.
Misc.

℥ Conser. Rosar.

Borrag. an. ℥j.

Specier. liberantis Imperat.
℥ss.

Succi scabiosæ.

Veronicæ.

Meliss. an. ʒij.

Theriac. opt.

Mithrid. El. an. ʒvj. Misc.

De morsulis sumat mane vnū. De Trochiscis duos. De Electuario quantitate nucis castaneæ. Pueri nihil vtilius corticibus citri, vel citoniatum cum iisdem corticibus confectum mane datum. In ore teneatur cortex citri. Teneat in manu spongiolam aceto imbutam, in qua ruta macerata fuit cum camphora. Ficus & fumus baccis Iuniperi, vel foliis quercus. Pro famulis vtilis sunt bacca Iuniperi in aceto macerata. Item angelica macerata in aceto, & in ore reposita. Quod ad curationem attinet, non satis tutum est fidere remediis. Primum autem semper intra duodecim horas curatiua,

ratiua, & Electuaria corroborantia permutari debent & repeti. Ad venę sectionem, nisi in abundantibus sanguine non est properandum. Satius est omittere, quia vera curatio impeditur, & natura deiicitur. Non enim venenum quod attractum est, vel venę sectione, vel purgatione expellitur, sed per ea quę sudore cient. Verum natura nimio sudore non affligenda est, sed sudoriferis subiicienda postea roborantia, vt Iulep de citro cum Cardui benedicti aqua, Mea aqua perlarum, & similia remedia, vt terra sigillata, bolus armena, bezoar. Primum curatiuum sit hoc:

℞ Sulphuris citrini vigesies in aqua pura & aceto fusi ℥vj.

Croci.

Camphorę an. ʒj.

Rad. ireos ℥ß.

Santal. rub. ʒij.

Sacehari ℥jß.

Misc.

℞ Sacchari candi ℥ß.

Zinziberis ʒij.

Camphorę ʒj.

Margarit. ꝑj. Mife.

Huius pulueris vnus fumatur ꝑj. matu-
rè, vt sudor fequatur: fumatur autem in
aqua cardui. Sin quod fignum fe osten-
derit, hoc emplaſtrum apponatur:

℥ Ammoniac. in aceto diſtil.

ꝑj β.

Ol. lilior. alb.

Ceræ q. ſ. Extendatur in aluta.

Id imponatur, & à DEO ſalus ac ſuccel-
ſus petatur.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXXV.

De præſeruatione & curatione ſynochi,

ſeu morbi Vngarici, cum ang-

na, & delirio;

CVM à me præſeruatō & curatio ſy-
nochi ſeu morbi Vngarici petatur,
verè poſſum affirmare, me ex obſerua-
tionibus triginta annorum hoc depre-
hendiffe, nullo anno iifdem ſymptoma-
tibus recurrere. Generalis intentio præ-
ſeruatua eſt, vt reddantur corpora pura,
& os

& os mane aqua cum aceto eluatur, aut in aceto intinctus panis edatur, aut Ele-
ctuarium ad corroborandum ventricu-
lum & cor, denique vt cruditates viten-
tur. Indicationes verò curatiuæ sunt, vt
resistatur malignitati materiæ facientis
febrem, & materia ipsa expellatur. Cùm
autem necessariò plenitudini occurra-
tur, vel purgatione, vel venæ sectione, il-
lud obseruatũ est, si vel purgatio, vel ve-
næ sectio in quartũ diẽ dilata fuerit, po-
stea periculosa vtraque esse. Cucurbi-
tulæ quouis tempore vtiliter adhiben-
tur. Ad expulsionem multæ materiæ in
medio sunt. Ego semper probaui cor-
nu cerui & emulsionem seminis napi ac
citri. Interdum Theriacam præbui cum
emulsione seminum Cardui benedicti,
vel seminis acetosæ. Quod verò multi
Theriacam cum thure & camphora
miscent, non possum laudare, cùm abs-
que hoc caput grauatum sit, ideoq; ma-
teria ab ea parte diuertenda est, ita vt ra-
tio diuersionum Medicis nota est. Et
quia propter nimium æstum plærũque
etiã angina coniuncta est, multi in

hoc casu prædicant succum semperui
 ui cum vino sublimato & albumine o-
 ui, quod nimis forte videtur. Malim
 corallo cum succo berberis dissolutos
 & aquas pro gargarisatione accommo-
 datas, quibus capiti & gutturi prospice-
 retur. In vehementibus deliriis rapha-
 nus plantæ pedis alligatus materiam de-
 riuat, & caput roborat, obseruata tamen
 temporis & morbi ratione. Id V. M. etsi
 fortassis superuacaneum, cum Domino
 Monauio, cæterisq; Medicis ratio mea
 curandi benè nota sit, volui in hac e-
 tiam imbecillitate mea significare. Hęc
 vt à DEO, sine cuius præsidio, & effica-
 cia, nihil in hac arte nostra felix & salu-
 bre est, fortunentur ex animo precor.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXVI.

*In rubedine faciei, & defluuio Capil-
 lorum;*

RUBEDO faciei & defluuium capil-
 lorum vnã habent causam, videli-
 cet,

ret, ascensum acriorum vaporum ad caput. Itaq; victus ratione cauendum, ne vapores acriores reddantur. De hac non semel moneo. Decoctum radicum sonchi seu Taraxaci plurimum valet, si ante cibum sumatur. Ablutio faciei cum aqua fragorum, cui interdum aliquid sulphuris puluerisati in linteolo imponatur. Radices pilorū vngantur oleo Myrtillorū. Vt pili renascantur, faciunt auellanæ vstæ & cum pinguedine vrsi inunctæ. Nam etsi pinguedo vrsi canitiem pilorum afferat, cum auellanis tamen vstis illa vis impeditur.

IOHAN. CRATO
A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXVII.

In Erysipelate Phlegmonode, nephriticis doloribus, ac morphaica facie, cum leui tumore, & pustulis, pro quodam Canonico;

ERYSIPELAS phlegmonodes bis leniter Nobilissimum virum, tertio grauius afflixisse, nephriticis etiam do-

loribus affici, sed imprimis de faciei rubore defædatæ, cū leui tumore & pustulis, qui ex frigido aëre liuescunt, perscribitur, & à me consilium requiritur. Vt nam autem tam feliciter, præsertim in ueterato malo, & epate per medicamentum purgantia & grauiter siccantia admodum (vt conicio) læso, dare possem, quam ex animo cupio. Symptomata autem ista referenda esse ad vnã ferè causam, videlicet intemperiem Epatis calidam apparet. Cùm verò siccitas calidissima à Medicis perhibeat, ne accesserit, & propterea adustiores humores sint, non immeritò eruditissimus Medicus veretur, & à siccantibus, & immodicè calefacientibus, quæque ipsam quasi substantiam epatis exhauriunt, cauendum, rectè consulit. Accedit autè renum quoque calida intemperies, vnde non mirum si collectis in corpore crassioribus succis iis, atque ad renes delatis obstructions consequuntur, & fortasse calculi generentur, aut iam sint geniti, etiam si non elidantur. sed de hoc posterius. De Erysipelate primū agemus. Et si autem non

non perferibatur, quæ pars erysipelate afficiatur, tamen vel caput, vel pedes le- di frequentius scimus. Caput quidem cum maiori periculo, præsertim si, vt perferibitur, est erysipelas inflammato- rium, seu phlegmonodes. In tibiis mi- nus est malum. Itaq; cum caput infesta- tur diligens in curatione adhibenda est cautio, quia sæpè graua symptomata cõsequuntur. Causa verò istius affectio- nis materialis est bilis non naturalis, cu- ius variæ species à recentioribus ponun- tur, cū mediocri copia sanguinis. Hinc consequitur, indicationes Erysipelatis sine vlcere esse, refrigerationem & hu- mectationem. Cæterum in inflamma- tione non dubium est, quin sanguis sit mittendus, sin minus vacuatio per me- dicamenta mitiora molienda. Nam ex sententia Galeni in vero erysipelate cho- lagoga venæ sectioni præstant, ne sanguis qui est frenum bilis, vt vult Auicēna, de- trahatur bili. In inflammationibus verò venæ sectionem conuenire ex eo mani- festum, quod sanguis effluens ex vasis, quasi retrahitur, totiusq; corporis habi-

tus refrigeratur, ac tunc phlebotomia
 clysterem præmittere, nisi cita sit aluus
 conuenit. Purgatur autem corpus rectè
 decocto Thamarindorum in sero lactis,
 cui Rhabarbarum & syrupus rosatus so-
 lutius addatur, semper verò alterantia
 non insuauia dentur, vt decoctum radi-
 cum cichorij, endiuia verè & similia. Se-
 rapia illa dulciora haud scio plus ne læ-
 rant, quàm prodesse videantur. Pluris
 certè rectam victus rationem, quæ frigi-
 da & humida atq; incrassans esse debet,
 quàm ea facio. Ptisanam, cremorè hor-
 dei, oryzam, omnes commendant. O-
 peram igitur Nobilissimus vir dabit, vt
 perpetuo in victus ratione calida & sic-
 cantia vitet, & omnia quæ calidiorem &
 sicciorem sanguinem reddūt, vt aroma-
 tica, nimium sale condita, fumo mace-
 rata, in sartagine cocta, lacticinia, oua, &
 similia butyro præparata à sua mensa re-
 moueat. De carnibus mali succi, vt suil-
 la, anserina, ceruina non moneo, & à vi-
 no potentiore abstinere puto. Vacuato
 itaque corpore, alterato etiam epate &
 massa sanguinea, ad locum affectum re-
 spicien-

spiciendum, atque in Topicorum adhi-
 bitione cauendū, ne vel suppuratio con-
 sequatur, vel ad interiora vertatur. Nam
 vtrumque non carere periculo Diuinus
 Hippocrates admonuit, cum 7. Aph. 7.
 nos doceat, in Erysipelate suppuratio ē
 malam. Sexto verò Aph. 25. idem de E-
 rysipelate, ab exterioribus ad interiora
 vertente pronunciat. Cū enim Erysi-
 pelas delitescit, & materia biliosa sine
 resolutione euanescit, haud dubiè par-
 tes internas, ad quas repit, grauitè affi-
 cit. Id quanto cum periculo in capite
 fiat, rationales Medici intelligunt. Itaq;
 hoc in casu Celsus in primis Phleboto-
 miam commendat, quem & Paulus lib.
 4. sequitur. Galenus verò 14. Me-
 thodi, & secundo ad Glauconem ab his
 dissentire videtur. Sed cum ex relatione
 doctissimi Medici animaduertam pro-
 fuisse antea phlebotomiā Nobilissimo
 vito, & à conferentibus atque nocenti-
 bus secundum Hippocraticum præce-
 ptum indicationes sumantur, rationem
 potiùs, quàm autoritatem sequor. Est e-
 nim morbus acutus, cui citò occurren-

dum. deinde cùm sociam inflammatio-
nem habeat, non erysipelas purum cen-
sendum, de quo agit Galenus. Cæterùm
si erysipelas purum est, nequaquam te-
merè ad phlebotomiam, etiã si sit in
capite properandum existimo. Sed pro-
pria magis, quàm communi euacuatio-
ne, quæ fit sanguinis missione vtendum.
Propria est quæ per medicamēta chola-
goga fit, si humor magnus est purgante
medicina per superiora adhibita, sin le-
uis enematum iniectione. Porrò cum in
erysipelate rarò febris absit, abstinēdum
ab acrioribus medicamentis, qualia sunt
scammoneata, & à chymicis præparatis.
Nam ea humorem crassiores faciūt, &
temperiem epatis corrumpunt. Itaque
Rhabarbari ℥ ij. in decocto florum bor-
raginis, & violarum, additis vncia vna
cum dimidia syrupi rosati solutiui. De
cichorio cum Rhabarbaro atq; manna
Calabrina, singulorum ℥ vj, satis, vt arbi-
tror, educent. In miti verò malo clyste-
rem ex decocto communi, atque diaca-
tholicone & diaprunis iniicerem. Pur-
gato benè corpore tutior est refrigeran-
tium

rium vsus, quorū terminus, vt Galenus & Paulus admonēt, est, donec feruorem desiderare videamus. Id autem primum ex sensu ægri colligimus, qui magis temperatum calorem percipit: deinceps ex ipso tactu, tertio ex affectu. Calor enim erysipelatis mutatur. Frigida autem ista nulla vi adstrictoria prædita esse debent, ne vapores acres detineantur, & partem corrumpant. Periti Medici sciunt: imperiti sæpè in hac parte peccant. Apud Galenum tria medicamentorum genera reperimus. Primū refrigerantes succi, vt ex decocto hordei cū succo lactucæ & portulacæ. His interdum quasi narcotica adhibet, verū non nisi maxima necessitas id postulet, faciendum. Sicut etiam ad tertium genus medicamentorum, quæ ex oleaginosi & vinctuosi constant, non faciliè deueniendū, vt est Gal. refrigerans, & alia. Galen. diacalcytidis meminit, sed nostro tēpore felicius lixiuum oleo rosaceo miscēt, quam misturam lac aureum vocant. Sedata inflammatione nihil conuenientius, quàm farina hordei & fabarum coctura, sicut

cum ulceratum est, usu lithargyri præparati, quod vulgò Lac virginèū appellant: Sed de Erysipelate satis. Nūc ad alteram affectionem, quæ Nobilissimum virum maximè sollicitat, deuenio. Eam autem quo nomine appellem propter Arabum & Græcorum confusas voces non reperio. Cutem faciei, cuius partes laxiores sunt, affectam esse cōstat, & ita quidem, vt non tantum cutis, sed caro subiecta quoque affecta esse videatur. Rubor ergo est à sanguine, is cum refrigeratur, sicuti fit in frigido aëre, in quo & perspiratio prohibetur, liuescit. Posset etiam ex adustione sanguinis hoc accidere, & morphæa illa, quam Auicenna nigram appellat, consequi. Sed hoc ne accidat optima in primis vict^o ratione, cuius antea quoque mentionem feci, deinde vacuantibus & alterantibus medicamentis opera danda. Melancholicos autem humores & exulcerationes cōtumaces esse, & partes faciei humoribus corruptis infectas, difficilius in integrum restitui, Medicis notum. Proinde nihil temerè licet polliceri. Præstare hoc ne in deterius

deterius labatur, & aliquo modo facies restituatur, diligentia atque assiduitate curationis poterit effici. Itaque sicut ostensum est, in initio optima victus ratione pugnandum, deinceps corrupti humores, tam per annuas medicatio- nes, quæ à Medico præscriptæ sunt, quàm per menstruas educendi. Rectis- simum igitur putarem si singulis mensi- bus hanc potionem sumeret:

℥ Passular. ʒ vj.

Flor. violat.

Borrag.

Veronic. an. p. j.

Epithymi.

Fol. senæ selectis. an. ʒ ʒ.

Rhabarb. el. ʒ j ʒ.

Fiat horum decoctio in s. q. aq. puræ.

℥ Colaturæ fortiter expressæ, & rur- sus depuratæ ʒ iiij.

Syrupi rosati solut.

Mannæ Calabrinæ an. ʒ j. Misc.

Ad epar autem singulari cura respicien- dum, & non solum intra corpus, quod calorem epatis contemperet, verum e- tiam foris aliquid adhibendum. Intra

corpus nihil aqua fragorum cum specie-
 bus diatrion santalon conuenientius.
 Fortis autem semperuiui illud genus, quod
 vulgò vermicularem vocant, cum aceto
 & furfuribus macrioribus hordei atque
 santalis rubeis adhibetur. Quidam cero-
 tum santalium, quidam epithemata ex
 aquis stillaticis cum speciebus applicat.
 Sed hæc recensere non est necessarium.
 Illud autem ad reducendâ massam san-
 guinis ad suam temperiem plurimum
 proderit: si margaritæ præparatæ cum
 succo limonum, additis multis foliis au-
 ri, dissoluantur, atque singulis diebus de
 hac mistura ʒ j. cum aquæ borraginis
 ℥ j. cardui benedicti ℥ β. diluatur.
 idque ante cœnam exhauriatur frigide.
 Noctu etiâ cum aqua fragorū, id quod
 & aduersus nephritidem erit, bibat. In
 hoc medicamento diu vsurpato magna
 pars curationis consistet. Scio quosdam
 magnificè loqui de mercurio auri præci-
 pitato, quo leprosos etiâ se seruasse per-
 hibent. Sanè si mercurium auri habere-
 mus, iudicarem non leuiter, massam san-
 guinis eo mundificari posse, verum ab i-

sto me

sto mercurio, quem ipsi habent, & magni vendunt, non minus, quàm illorum antimonio, & similibus medicamentis abstinendum censeo. Chymicam non damno, vsum vitupero, & eos, qui de his præclare loquuntur, nihil minus scire, quàm id, quod se scire profitentur, facta ostendunt. Cum his verò hominibus contèdere stultum est, stultissimum curam corporum illis permittere. Æstiuis autem diebus nihil sero lactis cum Thamarindis conuenientius puto, modo videatur ne crudi humores sint in corpore, aut in jecore obstructions. Vtile etiam erit dilutum Rhabarbari, sed hæc Medicis notissima. Ad topica deuenio, quæ varia sunt: aquam cardui tepidè adhibitam plurimū prodesse animaduerti, sed in primis commendatur ea, quæ ex boletis ceruinis distillatur. Itaque si haberi posset, Nobilissimum virum vti vellem. Item aqua cuscute & ligustici, quæ faciunt, vt materia transpiret. Adhibetur autem post illas vnguentum ex ouo quod fit, si ouum recens imponatur acetato per mensem. Ita enim albū oui, quasi

aqueus humor efficitur, quo exulceratae partes inunguntur, quod si istis nihil efficiamus, cyatho aceti & medio aq. rosar. sulfuris ℥ j. infunditur, & lithargyri ℥ β. cū ʒ j. aluminis & probè coquitur, dum media pars consumatur, eo partes faciei inungantur. Quidam magno successu cineres serpentis in noua olla exusti addunt. Abluenda autem deinceps erit facies lacte, & emulsione nucleorum persicorum, & seminum melonum, cum aqua fragorum. Ieiuno etiam stomacho masticando radices borraginis atq; pustule his illinendæ. Quod si his medicamentis malum cedere vel mitigari nollet, euacuato corpore ad sanguisugas est deueniendum, atque hæmorrhoidibus applicandæ. Deinde ex aqua cardui aliquot diebus Trochisci Theriacales propinandi, iuxta tolerantiam ægri. Ad mercurialia etiam vnguenta deueniendum, inter quæ magnoperè hoc commendatur. Accipiunt sublimati ℥ iij. & in mortareo marmoreo cum pistillo ligneo, addita saliuâ hominis sani ieiuni, qui acetosis non vescatur, & ab allio, cæpis & similibus

milibus abstineat, teruntur, deinde ad-
ficiunt Mercurij per alutam expressi,
& cerussæ optimæ ʒ iij, parum lunæ, id
est, argenti, in pollinem redactæ. Teran-
tur ista diligenter, admiscendo saliuam
multis dieb⁹, donec albescant, deinceps
soli exponunt, atque aquam fontanam
puram, affundunt, & in olla vitriata ad
quartam partē horæ, vel minus coquūt,
aquam illam donec apparet viridis mu-
tant, ad minimum septies: deinceps ista
abiecta affundunt optimam rosarum a-
quam, quam trubellant & ita reponunt.
Accipiatur autem residentia ad magni-
tudinem pisi, & cum aqua rosarum no-
ua misceatur, atque cum petiolis lineis
subtilioribus locis affectis applicetur. In
usu, si non frequens sit, (tunc enim den-
tibus nocet) nullum est periculum, cum
sciamus mulieres Venetas nihil his fre-
quentius adhibere. Tartarum etiam o-
ptimè calcinatum per reuerberationē,
& inter albumina ouorum dissolutum
plurimum adiuuerit. Sed ex his vt Me-
dicus præsens eligat rectissima, etiam at-
que etiam videndum. Ad renum affe-

tionem, vt multa præscribam, non necesse esse arbitror, neq; à me hoc requiri puto. Vsum terebinthinæ coctæ atque cum Rhabarbaro cõmixtæ in hoc corpore plurimum commendo. Item cùm dolores vrgent, emplastrum ex cancris. Reliqua autem prudentiæ Medici præsentis committo. Atque vt hæc à præpotente DEO fortunentur opto.

IOHAN. CRATO
A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXVIII.

In scirrholo tumore supra pubem, circa ventriculi regionem, & circa latera, pro quadam Illustri persona;

ILLVSTRIS & Generosus Dominus Comes ante bienniũ tumoribus quibusdam scirrholis supra pubẽ, circa ventriculi regionem & circa latera molestarĩ cœpit, qui nunc sensim increfcere & duriores fieri incipiunt, vt metuendum sit, ne & tumores ipsi ob quotidiana augmenta immodicè excrefcant, abeantque in duritiem extremam, & reliqua
natu-

naturalia membra ob compressionē ita
 coarctētur, vt minus integrè officio suo
 fungi possint. Ac nisi via ac ratio aliqua
 inueniatur, qua causis & fomitibus horū
 malorum obuiā eatur, necesse erit cor-
 pus nutritione destitui, & tandē matal-
 mo consumi. Quod ne fiat diligens re-
 quiritur & causæ principalis considera-
 tio, & medicamentorum ad causas dire-
 ctorum continuatio. Neque enim vno
 aut altero mense abigi se patientur tu-
 mores, quibus ad collectionem biennij
 spacium relictum fuit. Primum autem
 his tumoribus atq; ipsi etiā maciei cau-
 sam præbuit naturalis constitutio cor-
 poris sicca, epar siccum, sanguis siccus &
 ad distributionem minus idoneus. Ac-
 cesserunt purgationes validæ, violentæ,
 continuatæ per multos dies, partim per
 cathartica vehementia agitatæ humori-
 bus, partim per spōtaneas euacuationes
 immodicas, quibus & corpus exhaustū,
 & ad maciem ac *ἀτροφίαν* perductum est,
 & membra coctionibus destinata vehe-
 menter afflicta & debilitata sunt. Non i-
 gitur mirum est in tali corporis consti-

tutione assumptis, & per violētas ac impetuofas purgationes extractis humorū partibus tenuioribus, & relictis craffioribus, eiusmodi tumores auctos esse, ac nūc epatis potissimum vitio, ac lienis etiam corpus emaciari, tumores verò augeri. Præcipui sanè fomites horum malorum sunt epar & lien, quibus antea cōfufi necesse est, antequā ad localia tranſeatur. Non enim inunctionibus aut emplastris profici quicquam poterit nisi caueatur, ne ex horum membrorum erratis nouæ subindè accessiones humoribus suppeditentur. Primūm igitur de assumendis intra corpus, postea de extra adhibendis agendum est. *De assumendis.*

I. Potio. Ut epar rectificetur, ab obstructione liberetur & corroboretur, atque materia tumorum attenuetur, dissipetur, ac corpus ab atrophia præseruetur, cōueniet imprimis Cuscutæ vsus, ex qua vel aqua efficax certa quadā ratione per distillationē elici vel succus extrahi potest. Et ad reprimendum calorem, qui se interdum in hoc Illustri Domino exerit addi possunt endiuia & cichorium. *I-*

tem frangulæ radicis cortex:

℥ Herb. Cuscutæ m. iij ℥.

Endiuia.

Cichor. an. m. j.

Eupatorij communis m. ℥.

Ceterach.

Cortic. radic. cappar.

Frangulæ an. ℥ iij.

Rad. Fenicul. ℥ vj.

Cichor. ℥ ℥.

f. decoctio in s. q. aquæ ad tertias, vsq; ad remanentiam ℥ xix. quibus adde:

Syrupi de Cichor. cum Rhabarb.

℥ j ℥.

Syrupi de bysantiis ℥ ℥.

Aq. cinnam. ℥ j.

Misc. f. potio, ad quatuor haustus.

2. Euacuans: Etsi autem in corpore tam extenuato purgationes validæ locū non habeant: tamen necesse est subinde per cōmoda interualla, præsertim animaduersa aliqua vitiosorum humorum collectione, lenem aliquam euacuationem institui, quæ limosam illam materiã tumoribus augmentum præbituram, detrahat per lenes aliquot sedes. Eam ad

rem aptissimum est Rhabarbarum cum
correctiuis & frangula:

℞ Rhabarb. el.

Frangulæ an. ʒ i β.

Cinnamom. ʒ β.

Spicæ ḡ. v.

Squinanthi ḡ. iij.

Conquassata infundantur in aq. cuscute
ʒ v. aliquot horis, parum ebulliant, co-
latur, & in colatura dissolue:

Mannæ el. ʒ vj.

Misc. f. haustus.

℞ Extracti Rhabarbari.

Frangulæ an. ʒ β.

Cochiarum ʒ j.

Misc. f. pillulæ N. xx.

3. Decoctum ligni. Correcto hac ratio-
ne epate, tandē demum tempestiuū est
tumores ipsos aggredi. Ad in ipsorū ru-
ratione necessaria est primum materie
condensatæ & concretæ dissipatio, cum
obstructionum in remotioribus mem-
bris reseratio, & corporis vniuersi disten-
sio. Quæ omnia egregie ligni decoctū
præstat, quod præter hæc omnia, mem-
bra etiam confortat, & distributionem
alimen-

alimentorum promouet, ac multa alia in hoc casu commoda præstiturū videtur. Quia verò ex eo non tam exiccatio, quàm penetratio & discussio quæritur, non opus est victu tam exquisito, qualis in morbo gallico præscribitur, nec opus est delitescencia illa in vaporario clauso, modo vitentur tum in aëre, tum in victu excessus:

℥ Scobis ligni Guaiaci recenter facti
 ℥ iij.

Infundantur horis 24 in aquæ cichorij
 ℔ iij. Coquatur in vase tecto ad casum
 ℔ j. Deinde dentur. Addi etiam potest
 sarsa parilla.

De adhibendis: 4. Fomentatio. Atque hæc quidem intra corpus pro abigendis tumoribus præcidendo augmēta & materiam induratam dissipando molienda sunt. Foris autem emollitioni & dissectioni tumorum studendum est, idque primum per fomentationē, ita vt spongia in decocto quarundam herbarū mades fiat, & fomententur loca, tumoribus obfessa.

℥ Rad. altheæ part. iij.

Scrophulariæ part. ij.

Cucumer. asinini part. j.

Ad eum tumorem qui est supra epar, ad-
di potest absinthium. Si dolor percipi-
tur, addatur chamomilla, anethum.

℞ Rad. altheæ ℥ iij.

Scrophular. ℥ ij.

Cucumer. asinini ℥ j.

Filicis ℥ β.

Herb. Hederæ.

Veronicæ.

Absinthij an. m. β.

Anethi,

Camomillæ an. p. j. β.

Conquassata misceantur.

5. Emplastra. Superponenda deinde
sunt Cataplasmata aut Emplastra, quæ
materiam tumorum fortius aggredian-
tur, eamque colliquent, dissoluant & ab-
sumant. Eorum usus (præcedente sem-
per fomentatione) longum tempus re-
quirit, ob materiæ induratæ renitentiã :

℞ Lumbricorum terræ vino ablutor.

℥ vj.

Ol. lilior. alb. ℥ iij.

Cappar,

Pingued.

Pingued. anserinæ an. ʒ ij.

Mucillag. radic. althææ.

Sem. lini an. ʒ iij.

Coquantur ad mucilaginum consumptionem, percolentur, & exprimantur, addendo,

Ammoniacy ʒ β.

Galbani.

Bdellij an. ʒ β.

Pulu. Ceterach.

Cortic. Fraxini.

Summitt. anethi an. ʒ j.

Caricar. N. iij.

Medullæ cruris vituli ʒ ij.

Ceræ ʒ j.

Resinæ.

Terebinthinæ an. ʒ ij.

Emplastri Diachyli simpl. ʒ vj.

de Melilot. ʒ β.

Puluerisatis puluerisandis & gummatibus in aceto dissolutis f. Cerotum.

Vel: ℥ Diachyli ʒ j.

Mucillag. radic. althææ.

Sem. lini an. ʒ iij.

Ol. lilior. albor. ʒ vj.

Ammoniac.

Galbani.

Bdellij dissol. in aceto an. ʒ ij.

Pingued. anserinæ.

Medullæ cruris vituli an. ʒ j.

Thuris ʒ ij.

Lumbricorum dissolut. ʒ j.

Cum cera q. s. f. ceratum, applicandum
supra alutam loco affecto.

Vel: ʒ Ammoniac. ʒ ʒ.

Galbani.

Bdellij an. ʒ j ʒ.

Pulu. ceterach.

Cortic. fraxini.

Summitt. anethi an. ʒ j.

Caricar. N. iij.

Dissoluantur gummata in aceto q. s. &
add.

Lumbricor. vino ablutor. ʒ vj.

Ol. lilior. ʒ ij.

Cappar. ʒ j.

Mucillag. rad. althææ.

Sem. lini an. ʒ iij.

Coq. ad mucillag. consumpt. addendo:

Resinæ.

Terebinthinæ an. ʒ ij.

Emplastri de Meliloto ʒ ʒ.

Diachy-

Diachylon 3 vj.

Cera 3 iij.

f. s. a. Cerotum.

6. Frictio, Inunctio: Postremò vt minus ab Atrophia sit periculi, & promoveatur feliciorq; reddatur nutrimenti distributio, proderunt Frictiones, nò validæ, sed lenes, aut mediocres, extremarum partium totiusq; corporis. Et inungi debent tum spina dorsi, tum reliquæ partes Ol. amygdalarum dulcium, quod nimiam partium siccitatem emendat.

CASPAR HOFMANNVS
MED. BRANDEBYRG.

CONSILIVM XXIX.

*De usu Thermarum Carolinarum, in ex-
ulceratione Renum & vesicae, pro
quodam Magistro;*

CONSULTIVS fuisset vt hîc domi corpus à collectis hactenus superfluitatibus purgatum fuisset, antequam te ad Thermas Carolinas cõtulisses, sed quia id nunc angustia temporis fortasse tibi non permittit, facies ad Thermas v-

bi veneris. Quiesces igitur ibi per diem, sequenti die sumes potiunculam sequentem, qua viis communibus euacuatis facilius fiat transitus Thermarum ad locum affectum, & ne ab ipsis excrementa ad locum affectum deducta, ipsum magis vellicent & asperent, erodantque.

℞ Decoct. commun. fl. & fruct. ℥ iij.

In quibus dissol.

Fl. cassiæ extract. cum aquæ maluæ ℥ vj.

El. de sebesten ℥ iij.

Bened. laxat. ℥ j.

Syrupi violar. ℥ j.

Misc. f. potio.

Tertia, auspice CHRISTO, inchoabis usum Thermarum, ac sumes librā vnā aquæ ex scaturigine haustæ, calidā probe, & ita citius penetrabit. Continebis te in lecto per horas duas benè stragulis coopertum, citra sudorem tamen, post obambulabis in camera vel hypocaufto ad prandij tempus vsq;. Hora tertia post meridiana poteris per horam ante cœnam prodeambulare, & ita obseruabis motum & operationem aquarum potarum.

rum. Solent enim primò flatus & tormi-
na in intestinis & viis vrinalibus & mem-
bris excitare, quibus suppositoris & cly-
steribus est occurrendum, eousq; donec
& membra fuerint assuefacta, & perre-
perint Thermæ.

℥ Maluæ.

Bismaluæ.

Parietar. veræ.

Fl. chamomil. an. m. j.

Mehilot. citrin.

Betonicæ.

Clinopodij veri.

Saxifrag. an. m. ss.

Sem. anis.

Petroselin. an. z ij.

Medullæ sem. carthami contusi &
ligati in partia rara z ss.

Agaric. Trochisc. z j.

Soldanell. z ij.

Incid. contundantur, & stent in infusio-
ne per horam, postea bull. ad casum ter-
tiæ partis, s. a. colentur cum expressione
forti,

℥ Colaturæ lb j. in qua dissol.

Calliæ recens tractæ z ss.

El. lenitiu. ʒ ij.

de Hiera simpl. ʒ iij.

Diaphœnicon ʒ ij.

Diacatholic. ʒ j.

Ol. commun.

Chamomil.

Anethini,

Cappar. an. ʒ j.

Sacch. rubri ʒ ʒ.

Vitell. ouor. N. j.

Salis commun. triti ʒ ij.

Misc. f. clyster.

℞ Suppositor. N. v.

Quia verò nō dubium est, quin propter
 impuritatem & collectionem in renibus
 & vesica, ex quibus tu laboras, initio tale
 quid excitabunt aquæ potæ, non deter-
 rebit te, etiamsi aliquoties supra dictis
 subsidiis vtendum tibi erit, quin perges
 potâdo, & sumes sequenti die libras du-
 as eadem hora, & ita procedes singulis,
 vel alternis semper addendo libram a-
 quæ donec ad eam mensuram peruenc-
 ris, quæ quater vel quinquies per diem
 aluum subducat. Solent enim Thermæ
 purgâtis medicaminis modo per aluum

& urinam euacuare certo pondere. Hac mensura purgabis postmodum te octo vel decē vicibus, vel tam diu, quàm diu absterfione & mundificatione opus tibi esse urinæ monstrabūt, quas singulis diebus colliges & inspicias. Et vbi ex diminutione purulenti humoris locos affectos mundificatos esse animaduertes, tum naturam Thermarum in consolidando ipsos, eo die quo à Thermis abstinebis, medicamento consolidante iuuabis. Ad eam rem habebis medicamentum duo conscripta, quæ Sclakevvaldi, vbi peritum habes Pharmacopœum, maturè tibi præparari curabis. Is porriget electuarium, de quo sumes illa die, qua non potas Thermas, drachmas duas, & post horam potionis cochlearia duodecim calefactæ, mane hora sexta, cum quinta electuarium sumpseris. Habet enim consolidandi facultatem. His vtēris semper alternis, & vbi etiam Thermas ipsas reliqueris, quo locus benè consolidetur:

℞ Renum capretorum (*Zieglichen*)

N. iiii.

Incidentur laminarum more, vbi à pin-

guedine benè mundati fuerint, & infundantur in aquis consolidę maioris & Alkekengi per 3. aut 4. dies, immutando singulis diebus aquam & nouam affundendo. Deinde ꝯ vesicam capreti absisso collo, benè mundatā ab omni carnositate, & incidatur minutim, & eodē modo infundatur seorsim in his aquis. Post in furno iam deferuescente ita torrefiant, ne adurentur, vt puluerisari possint. Puluerisa singula seorsim, & postquam infra scriptum medicamentū ingressa fuerint, dentur patienti,

ꝯ Pulu. renum capretor. præparati
ꝯ ß.

Vesicę capreti ꝯ iij.

Rad. consolid. maior. ꝯ j.

Minor. ꝯ ij.

Trochisc. Alkekeng. ꝯ j.

Caudę equinę ꝯ iij.

Boli armen. ꝯ j ß.

Semin. 4. frigid. maior. an. ꝯ j.

Pulu. liquirit. ꝯ j.

Gummi cerasorum ꝯ ß.

Myrtillor. Italicor. ꝯ ij.

Sanguin. dracon. ꝯ ß.

Oli.

Olibani ℥j.
 Pulueris entur puluerisanda, incid. inci-
 dēda minutissimē, & cum s. q. syrapi vio-
 lae redigantur ad formam opiatae.

℥ij. Liquirit. rasae, & incisae ℥ij.

Passul. ℥j.

Plantagin.

Eupator. an. m. j.

Fol. Myrt. Italic. ℥ij ℞.

Iuiubar. N. v.

Myrtill. Italic. ℥j.

Sem. 4. frig. maior. an. ℥j.

Sem. anis. ℥j.

Herb. petroselin. m. ℞.

Incid. contund. & stent in infusione s. q.
 aq. Alkekengi, & plantaginis simul mi-
 stis per horas duas, deinde bull. ad ca-
 sum 3 partis, vt remaneant librae iij. Co-
 lentur cum expressione forti, colentur
 bis, colaturae add.

Syrapi violac. ℥ij.

Misc. f. potio.

Vbi igitur octo vel decem vicibus men-
 sura purgante vsus fueris, diminues sem-
 per libram, donec Thermas in totū reli-
 queris. Hac ratione sumes. Nec video

quid lotio aut balneum istarum tibi in tuo affectu prodesse possit, nisi velis nonnunquam aut amicorum, aut sordium abstergendarum causa lauare. Solent autem hæ Thermæ ratione caliditatis actualis & potentialis etiam inducere stypticitatem alui, cui occures glandibus communibus, aut clysteri, aut pillulis sumptis cum elaterio, quas ordinaui:

℞ Massæ pillul. de hiera simpl. ℥j. b. p.
Elaterij ḡ. j.

Subigantur exactè cum melle rosaceo & misc. pro duabus vicibus. Sumes etiã interdum drachmas sex, florum cassiæ cum drachmis tribus elect. de sebesten, in forma boli, vel brodio prunorum dissolutas. Et quibus epar est natura calidũ, quale tu habes, & his detrimenti nonnihil minatur, pro quo arcendo sumes eodie mane rotulas tres diarrhodon, quod ad Abbatem refertur, in tabulis, & totidem hora secunda pomeridiana, eo die quo Thermis non vteris. Inunges etiam eam cutis partem, cui epar subiacet in hypochondrio dextro vnguento, quod à santalis nomen est sortitum, dissoluto
ad pru-

ad prunas mane & post meridiem, vbi id necessitatem exigere animaduertes. Cùm etiam hæ Thermae nitrosæ sint, & sua abstersione sæpius vias vrinales excoerent, & maxima in canna virili, prodest ex semine citoniorū extrahere cum aqua rosarum mucillaginem, & per syringam in cannam iniicere: habet enim & vniendi & refrigerandi facultatem. Et si ardor non mitigatur, inde ad aliud progrediendum, quale est medicamentum, quod sirff album sine opio recipit, quod tibi cum reliquis cōscripsi:

℥ Aq. plantag. ℥ iiij β.

Mucillag. sem. psyllij extract. cum

aq. portulac. ℥ j β.

Sirff sine opio ℥ j.

Dissoluantur in aquis puris, post add.

Mucillaginem benè diluendo ℥ ij β.

Spritzwasser.

Et quo mundius conseruatur corpus, eò magis cita sequetur cōsolidatio. Cōsultum igitur est octo diebus, dū Thermis vteris corpus euacuare, & intestina, maximè pillulis de hiera s. cum aggregatiuis:

206 CONSILIOR. MEDICINÆ

℞ Mass. pill. de hiera simpl. ℥ ij.

Aggregatiu. ℥ j.

Diag. ḡ. j.

& melle rosato f. pill. N. xxvij. pro tribus
dosibus. Deinde abstine ab omnibus
acetosis, acribus, valdè falsis, pinguibus
& mucillaginosus cibis, vt materia locū
exasperans subtrahatur. Quod si ita vi-
ctus rationem cum Thermis debitam
coniunxeris, non dubito quin renes &
vesica mundificabuntur. Quod attinet
postmodum ad consolidationē plenio-
rem, illam consilio Medicorum domi
prosequi poteris medicamētis sumptis.
CHRISTVS dirigat Thermas ad recu-
perationem tuæ valetudinis, quam ex a-
nimo tibi opto. Reliqua corā audiuisti.

CASPAR NEFIUS

MED. LIPSENSIS, &c.

CONSILIVM XXX.

*De astricta aluo, usu ambrae, & preserva-
tione à Peste pro quadam Nobi-
li fœmina;*

DE duabus rebus consilium meum
exqui-

exquiritur. Primū, quomodo aluus semper aperta esse possit. Deinde, quæ vis sit Ambrae, & quis eius vsus. Ad primum quod attinet, optimum præsidium est in commoda victus ratione, in qua prius sumuntur humectantia & lenientia. Vitari autē debent cibi duri & saliti, & aromatibus conditi. Potus non sit vinum forte & diureticum. Nam certū est, qui multum vrinae mittūt, aluo duriore esse. Podagricis quidem utile est multum vrinae excernere, & tum maximè sani sunt, id eoq; in his non sistenda vrina, & potius alui astrictio toleranda est. Ideò suadeo Dominae, vt præsertim frigido tempore, & tempore infectionis in sicu his pillulis vtatur;

℞ Aloës rosat ʒ iij.

Myrrhæ el. ʒ j.

Bdellij ʒ j.

Succin. alb.

Croci an. ʒ β.

Cū syrupo rosato solut. f. massa, de qualibet drachma pill. N. xv. His vtatur quotidie ante cœnam ad quinq;. Neq; modo aluum lenient, sed & in præseruatio-

ne multū valent, & menses promouent,
 & corpus à fluxionibus Podagricis mu-
 niunt. De secundo; Cūm Ambra præ-
 cipuè roborādo cordi & capiti utilis sit,
 vt ibi catarrhos exiccet, & cordis vires
 instauret, ideò omnibus catarrhosis vti-
 lissima, sicut & iis, qui affectionibus cor-
 distentantur. Datur in saccharo rosato
 puluerisata & comminuta ad grani di-
 midij quantitatē, vel integri grani. Sunt
 & alij quidem modi vtendi, qui descri-
 buntur in Italicis & Hispanicis libris, cer-
 tissimo autem experimento didici, in-
 fundere super ambram optimū vinum
 maluaticum distillatum in vitrum, & dili-
 genter obturare, & mane aliquot gut-
 tas cum pane sumere, esse excellentissi-
 mum remedium præseruatiuū in peste.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXXI.

*In Arthritide, pro quadam Nobi-
 li Matrona;*

AFFECTVS ille de quo Domina in
 hume-

humeris, cubito, & lumbis conqueritur, vnam habet causam, nimirum catarrhos podagricos, qui nisi adimantur, vel purgatione, vel in partu, verendum ne consilium nimis lentū fuerit: Iidem humores in pectore grauant. Postquam igitur puerperij tempus superauerit, & menstrua fluxerint, suadeo vt in aqua coquat carduum benedictū cum passulis, & bibat tribus diebus manè, postea secundo vel tertio die sumat hunc bolum;

℞ Agaric. rec. Trochisc. ℥iij.
 Cum syrup. conseruationis zinziberis f. bolus.

Cumq; bis vsa est hoc purgante, coquatur Guaiacum prius aqua calida decem diebus præparatum. Ad vnam libram ligni duodecim libræ aquæ affundantur, coque ad medietatē, & in fine add. manipulum vnum Iuxæ arthetice. Bibat de hoc quindecim dies, mane sex vncias, in cibo ne nimium faciat, & sit vno ferculo contenta, vel assa, vel elixa carne, à vino abstineat. Coquat etiam Domina Iuam artheticam & vrticas in aqua & vino, adiecto sale (postquam prius decoctum ali-

210 CONSILIOR. MEDICIN.

quot diebus bibit) & eo fomētet membra, quæ podagricis humoribus & doloribus affliguntur, si huic aquæ adiecerit pugillum ouorū formicæ, cum ipsis formicis erit efficacius. Pro nodis podagricis sumat Domina radices de cucumere asinino, & contúdat in oleo & imponat nodis: si non euocatur materia, inungatur succus cæparum asperso puluere piperis. Si posset lauare in balneo è formicis preparato mirificè sentiet se iuari. Monui antea vt Domina in partibus læsis vulpiñas pelles gestet, quæ pedes attingant, maximè verò hyeme. Si verò agaricus pro purgatione non satis erit commodus, vtatur his trochiscis;

℥ Scammoneæ ʒʒ.

Zinziberis ʒj.

Turbith albiss. & gummosi.

Rosar. rub. an. ʒʒ.

Spicæ nardi.

Mastich. an. ʒʒ.

cum succo citonior. f. Trochisci

N. v.

Hos accipiat in syrupo rosato. Trochiscum vnū vna vice, sed sæpius iteret, maximè

ximè cùm constipatam se senserit, dum ligno vitur. Sed & aliàs vsurpare eos potest, cùm podagrica materia se ostendit, modòne cùm grauida est. DEVS hæc, quæ præscribo, fortunet.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

CONSILIVM XXXII.

De præcautione abortus, pro quadam

Nobili fœmina;

ABORTIUNT mulieres duabus de causis: Primùm si ante conceptum impura corpora habeant, maximè si pituita, & acres humores collecti sint. Deinde cum prægnâtes in animi & corporis motibus peccant, itemque si aluo nimis laxa, & hæmorrhagia laborent. De sanguinis fluxu in domina res nota iam pridem mihi est. Ideò de eo prius dicã. Primùm & ante omnia vehementiores motus ne habeat, iræ dico, excandescentiæ, ne nimium membra distendat, nec onera libret. Caueat cibos sanguinem inflammantes, & caput replentes, & a-

cres humores generantes. Nam in hoc corpore principaliter acres illæ fluxiones & sanguis serosus ad omnes catarthos & podagrâ viam sternit. Ideò Dominam cibos eos ne attingat, qui excrementa cumulât, vt pisces, frigida & cruda, item quæ natura humectant, vt agnina, non benè matura caro vitulina, porcina, lacticia, pinguedines, salita, præparata cum capis, cancos. Maxima ex parte edat asâ. Assuescat vni potui diuretico, & qui sanguinem non nimis calefaciat. Quo tempore asparagi habentur, & fraga iis vtatur, à cæteris fructibus abstineat, vel certè modicè sumat ante cibum, magis vt aluum molliant, quàm vt satient. Illi autem fructus qui citò putrescunt, vel aluum stipant, planè cauendi sunt. Nam & iis, quæ citò putrescunt, diarrheæ periculose sequuntur, maxime infestæ grauidis. Constipâdi autem vim habentia non laudantur, nisi à cibo magna cautione sumantur. Ad sanguinem sistendum scio Dominam multis remedii esse vsam, & si boni sanguinis effectus copiam, suaderem & ego, vt cæteri Medici ve-

ci venæ sectionē, nec moueret me Hippocratis autoritas, qui venæ sectioni in grauidis tantoperè aduersatur, cū nostro tempore diætā alia sit, quàm olim fuerit, & experientia testetur, sæpè multos grauidarū morbos venæ sectionem postulare, & ferri ab iis sine incommodo. Verū quia, vt dictum est, sanguis nimis serosus est, cui acria excrementa admista sunt, indicio his humiditatibus occurrendum esse, primum victu, deinde diureticis & sudore. Nec cucurbitulæ nocerent, maximè scapulis applicatę. Multi existimant radicem & herbā fragariam, si quis eam secum gestet, sanguinem sistere. Alij prædicant puluerem ranæ vstę in olla recenti in sacculo appensum, de collo. Experiri licet. Meo tamen iudicio nihil potest fieri melius, quàm serosa excrementa, ad quæ hoc corpus procliue est, & omnis mali causa est, tollere, & præcauere, ne cumulētur, sed è corpore euocentur. Certò enim mihi credat Domina, quamuis in Podagra multa se pituita ostendat, eam tamē nunquam sine acribus illis, serosis & te-

nuibus superfluitatibus in membra posse deuehi, nec aliud esse præstantius remedium pro podagra, quàm quod urinã mouet & sudores ciet: Non nego, cum calor natiuus debilitatus sit in hoc corpore, etiam multum pituitæ colligi, quæ in matricem decumbit, & eam affligit, ac conceptionem impedit, aut abortum facit, sed hæc pituita, antequam conceptio fiat, educenda est, quod fit dupliciter: Primùm conueniente victu, & roborato calore natiuo. Ideoq; ante annos aliquot Thermas suasi, sed quia intempestiuè iis vsa est Domina, non mirum omnia esse inde perturbata, & quia frigida tempestas incidit, non potuit satis efficax esse, quamuis matricem roborauit. Ideò sequatur aliã viam, & præter commo-
dam victus rationem singulis mensibus post fluxum menstruorum pituitam his pillulis educat:

℞ Aloës rosatæ ʒ v.

Succin. alb.

Mastich. an. ʒ ij.

Agaric. præstantiss. ʒ j β.

Aristoloch. rot. ʒ β.

Asper.

Aspergatur puluerisata aqua cinnamomi, & cum syrupo de succo matricariæ; reformetur pillulæ, pro qualibet drachma xiiij. Has ante cœnam sumat desinentibus mēsis numero septem, continuè tribus vel quatuor diebus. Si non satis purgant, vtatur pluribus, sed tum à viro abstineat. Multa quidem sunt remedia ad præparationem conceptionis, sed ea huic casui non puto necessaria. Post conceptionem autem factam nihil melius scio, quàm in victu non errare, ne vitiosi humores in corpore colligantur. Deinde vt vitet affectuū immoderationem, iram, curas, vehementes motus corporis, & quicquid sanguinem potest commouere. Quotidie autem hoc puluere vtatur, quantum grosso excipi potest in vino:

℞ Spodij ʒ ij.

Rasuræ eboris ʒ j.

Zedoariæ.

Sem. fenicul.

Margarit. præp.

Corall. vtriusq̃.

Rad. cardopatiæ an. ʒ ss. Misc.

Nono autem à conceptione mense ab
 vsu huius pulueris abstineat, fugiatq; o-
 mnia alia remedia, præter ea, quæ partû
 facilem reddunt. Præparantes tamẽ hu-
 mectationes, cùm hoc corpus per se hu-
 midum & lubricum sit, non sunt neces-
 sariæ. Contra abortus utilis est & hic pul-
 uis mane sumptus in ouo sorbili:

℥ Rad. Bistortæ ℥j.

G. Alchermes.

Sem. Plantag.

Portulac. an. ʒ ß.

Coriand. præp. ℥ij.

Sacchar. ad pondus omnium.

Sumat de eo quantum grosso excipi po-
 test, & singulis, vel alternis diebus, mo-
 dò ne aluus astricta maneat. Vsus ciborû
 ex amygdalis & dactylis & citoniatum à
 cibo valdè commendatur, quia & matri
 & fœtui profunt. Foris contra abortum
 multa vtiliter adhibentur, modò ne ex-
 crementa retineantur, in primis vtile est
 hoc emplastrum dorso & lumbis vel eo-
 xendici impositum:

℥ Massæ Emplastri pro Matrice,
 vel Comitissæ ʒ iij.

Rad.

Rad. bistortæ.

Corallor.

Acatæ.

Hypocistid.

Cortic. mali granat. an. ʒß.

Ladani ʒvj.

Malaxetur omnia cum succo cydoniorum, & extendantur in aluta. Pharmacopolæ emplastri quantitas papyro data definiri potest, vt in aluta id faciat, quo ab inferioribus partibus lumbos & dorsum versus umbilicum tegat. Neque est necesse vt semper gestet, sed vel de nocte adimat, vel etiam si molestum est de die, ac interdum renouari curet. Hæc potui hoc tempore ad præcautionē abortus monere simplici studio: neq; dubito, quin fortunante DEO aliquid fructus sit perceptura Domina, pro quo DEO omnipotenti gratias agere possit.

IOHAN. CRATO

A KRAFTHEIM, &c.

218 CONSILIOR, MEDICIN.
CONSILIVM XXXIII.

*De impedimentis impregnationis,
pro quadam honesta Ma-
trona;*

VT perpetua speciei humanæ, quæ
archetypi DEI expressio est, pro-
pagatio sit, DEVS optimus maximus cõ-
dito Adamo, Euam ad hominis exem-
plar confictam, matrimonio copulauit,
vt duo inter se sexus permixti sobolem
propagare possēt. At cùm talis actus ge-
nerandi impeditur, fit aut maris, aut fœ-
minæ, aut vtriusq; ratione. Cùm itaq; in
confesso sit in casu proposito fœmellam
impedimēto esse, ideò causæ impediē-
tes inquirendæ sunt. His enim non co-
gnitis, neq; ratio remouendi impræ-
gnationis impedimentum inueniri potest.
Quare primò de impedimentis impræ-
gnationis, secundo de modo coëundi.
(Modus enim coëundi dexter seruan-
dus, cùm cõceptus absq; idoneo coëun-
di modo impediatur.) Tertio & vltimo
de tempore tam particulari, quàm vni-
uersali coitus differam. Quoniam quod
iusto

iusto tempore minimè fit, infeliciter atque sinistrè succedit. Quantum ad primum, quòd fœmella conceptionis impedimentum sit, argumento est aliqua coitus abominatio, cum delectationis priuatione, cui menstrui sanguinis corruptio succedit. Cùm ergo ad conceptum, semen & viri & mulieris, menstruiq; sanguinis affluxus necessariò requirantur, quippe mensibus suppressis cuncta frustra tentantur, operæ pretium est vt omnia naturaliter constituta sint. Nam vno disconueniente tota mixtio corrumpitur. Sicut est videre in lutina, dissonãte vna chorda tota harmonia discrepat. Propterea cùm constet sanguinẽ menstruum plus iusto esse calidũ, quod ostendit vestigium indusio impressum, & ex calore aliquam acquisuisse acredinem, fieri nõ potest vt ex coitu finem assequatur. Nam etiam si & semen virile & mulieris concurrũt, affluit etiam sanguis menstruus, qui vtriq; semini commiscetur, stimulat virtutẽ repultricem sua acredine, quàm ex aliquali adustione acquisiuit, tota massa repellitur, atq;

ita actus coëundi suo frustratur fine. Ex his facile apparet, vitium remorans imprægnationem, nimirum mēstruus sanguis plus iusto calidus, & acredine præditus, quæ virtutem repultricem stimulat ad repulsionem. Quare cùm causa inuestigata sit, facile cura per contraria moliri potest, nimirum, vt sanguis mēstruus ad aliquam mediocritatem reducatur per frigida. Verùm hoc præstari non potest, nisi causæ accedentes sanguinem mēstruū cognitæ fuerint. Proindè cùm constitutio fœminæ sit macra & biliosa, præterea sæpiùs natura inflammetur, non mirum est, quin aliquid materiæ cholericæ, siquidem in toto abundat, admisceatur sanguini mēstruo, cum quo suo tempore (vt arguit eius color atque ardor) excernitur. Quapropter si coaceruatio cholericæ auferatur, etiam mensium acredo extinguetur. Hoc bono victus regimine præstabimus. Vitet super omnia carnes leporinas, & omnia degētia in aquis. Item fugiat lactantium agnorū carnes, porcos, anguillas, quappias, aliosque pisces, qui habent replere
matri-

matricem, item fabas & lactinia. Ceterum cum menstruus sanguis fluendo transeat matricem, suam malam qualitatem matri communit atque imprimit. Idcirco & matri hac in parte prospiciendum, ne debilitata seminis immisionem respuat. Conueniens igitur erit ex tana-ceto, absinthio, camomilla, matricaria, bursa pastoris, plantagine, facere suffumigium, quo utendum ante menstruorum aduentum tribus vel quatuor diebus. Quantum ad modum & tempus coeundi. Confert ad conceptum si mulier & vir abstineant a coitu & amplexibus mutuis quinque diebus vel amplius ante menstruorum excretionem, totoque tempore menstruorum, & post fluxum mensium quatuor diebus, quo tempore ante introitum lecti mulier assumat in hostia coaguli leporis ℥j. Vir vero comedat zinziber conditum & dormiat, animaduertendo ne venter sit repletus cibus, neque crapula onustus, nec admodum famelicus. Et hoc faciendum singulis duntaxat mensibus. Hac enim ratione vir in infundendo semine matri yberior

erit, & matrix in retinendo tenacior, atque in recipiendo auidior. Abſtinentia equidem à coitu vuluam exiccat, atque virtutem eius retentiua replet, ſemenque melius decoquit. Econtra ſæpius mulier ſe commiſcens acquirit vuluam lubricam, atque ita finem non aſſequitur. De mane verò mulier vtatur rotulis diarrhodon abbatis, cum noctu virum accedere conatur. Porrò ad conceptum requiritur vtriuſque ſeminis concurſus, maritus operam det, cum mulieres verecundiores ſint, dum dormierint vt eius palpet mamillas atque ventrem, & ita ad venerem excitet, & quando deprehenderit ipſam accenſam, tempus inſtat coeundi, modò octo horarum poſt cœnam elapſæ ſint, quod eſt circa auroram. (Caveat vir ab aniſo, cimino, quod ſemē extenuēt, item ab oleribus groſſis, quoniã groſſum ſanguinem procreant. Rutam & agnum caſtum fugiat, tanquã ea, quæ ſemen abſumunt.) Præterea vir ſuū non compleat deſideriū, donec in vulua ſenſerit humiditatem affluentem, & mulier delectatione tunc ſperma propriam effundat,

fundat, natibus diligenter firmatis. Talis namq; modus mulierem delectat, atque opus fortunat. DEVS æternus utriusque sexui delectationem in emittendo spermate ingessit, ut firmitus coniungerentur, opusq; felicitetur. Hoc modo emissio semine nõ statim virga extrahenda, ne aër intromittatur, & conceptum impediatur, sed parumper immorandum, & extrahendum. Vxor tamen maneat sub eodem situ post coitum per aliquot tempus resupinata, capite depresso, natibus verò exaltatis, quod si fieri potest obdormiat, & summè sternutationem fugiat.

ABRAHAMVS SEILER,

DVCIS BREGENSIS MED.

CONSILIVM XXXIIII.

*In debilitate uteri, & podagrica affectione,
pro quadam Nobili fœmina;*

CVM uterus purgatus sit, nulla melior via corroboracionis, quàm quiescere. Muliebria remedia, & intempertiam crapulam vitet. Interdum rasura

eboris cum semine carui sumat. Fugiat
 affectiones animi, iracundiã, tristitiam,
 nec omnium sermonibus moueatur.
 Committenda quædam DEO sunt, cum
 nostris curis & sollicitudinibus negotiis
 non satisfiat. Cùm in interioribus læsa sit,
 nullum aliud succurrit præsiðiũ, quàm
 vt Domina laudatis aliquibus Thermis
 vtatur, quarum vsu & materia illa absu-
 matur, & calori naturali succurratur.
 Quod ad podagrã attinet, vtatur vapore
 præscripto ex certis tantũ herbis, vt ro-
 remarino, origano, arthemisia, melissa,
 betonica, maiorana. Hæc vt opinor suf-
 ficerent, quæ opto vt DEVS fortunet.

IOHAN. CRATO

A KRAEFTHEIM, &c.

FINIS LIBRI QVARTI
Consiliorum Medicinalium.

EPISTO.

EPISTOLARVM
 MEDICINALIVM LI-
 BER QVARTVS;

*Io. Heinrico Heruuart, Patritio Augusta-
 no, Ioh. Crato à Kraftheim, &c.*

S. D.



PVD Xenophontem est,
 Hippiam quendā Eleum,
 post longi temporis obser-
 uationes, Athenas esse re-
 uersum vt doctrinam So-
 cratis iterum cognosceret. Qui cūm a-
 nimaduerneret, eadem Socratem doce-
 re, quæ multos iam ante annos ex eō
 audiuerat, admiratus primūm virum, de
 cuius doctrina & sapientia tanta esset o-
 mnium opinio, veterem cantilenam ca-
 nere. Eo deinde processit audaciæ, vt
 Socratem, qui Apollinis etiam oraculo
 sapientiæ laude excellebat, contemne-
 ret, neq; hoc clam ferret, sed dictis quo-
 que lacefferet. Huic verò respondit So-
 crates: Ο Hippia inquiring, ἢ μόνον ἀεὶ τὰ αὐ-
 τὰ λέγῃ. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. id est, imo non

P

tantum eadem dico, atq; eadem forma
 sermonis vtor, sed eadem etiam perpe-
 tuo meis auditoribus inculco: Siquidē
 nō nocet bis atq; ter id dicere quod re-
 ctē dicitur & discētibus vtile est: ac po-
 tius laudi ducendum de rebus veris &
 vtilibus eadem sæpe multumq; sermo-
 nem vsurpare & certa explicandi ratio-
 ne perspicua plana q; facere. Tales vero
 Hippias etiam nunc reperiri vbiq; non
 est dubium, qui cū incidunt in hæc
 scripta, & præsertim in consultationibus
 à Montano dicta ἀπλότιστα illam & quasi v-
 niformem docendi rationem respuunt,
 & nos qui ista edimus & tanquam vtilia
 cum studiosis rei medicæ communica-
 mus, suauiter derident. Hos autem vt
 ἰσχυρίτας τῶν εἰαδόντων, καὶ δόλους τῶν ἀτόπων, id est,
 contemptores vsitatarū, & absurdarum
 opinionū seruos missos faciamus, & in-
 terim mirificis scriptis, quibus veterum
 doctrina conuellitur, & nescio quæ no-
 uæ substructiones ab iis fiunt, quas rixis
 & gladiatoriiis libellis, in quibus nō mul-
 tum firmitatis est, fulciunt: eos deletari
 patiamur, præsertim cū isti Hippiaæ so-
 li sibi

li sibi sapere, & medicinæ artem tenere videantur. Præter hos verò duo sunt eorum quibus Montanica nō placent, medicorum genera: quorum vnum quod videtur sibi Attica eloquētia præditum, nec tamē est, ista ridet quasi barbara verba. Alterum in maxima rerum omnium inscitia contemnit atq; respuit, & fortunam atq; experiētiā suam iactitat. His animi mei sensus est explicandus, vt optimi quiq; pietatem meam atq; obseruantiam erga præceptorem meum Ioh. B. Montanum perspiciant, & tyrones in studio medico aduersus peruersa iudicia præmuniantur. Ac ipse quidem in eadem sentētia, vt cum cogitationes mentis oratione explicandæ sint, atq; rerum animo perceptarum verba sint indices orationis, genus perspicuum, elegans & proprium magnopere probem, & magnum ornamentum ac adiumentum in docendo statuam. Sed cū ius consuetudinis præualeat, cum temporibus iniquis hoc sæpe excludatur, & quasi auditorio seruiendum sit, ac τὰ κοινὰ κοινῶν dicenda, non puto merito in reprehensionem

eos cadere, qui potius ita dicere malūt,
 vt intelligantur, quàm vel elegantia affe-
 ctata res obscurare, vel in verborum sol-
 licita conquisitione eas amittere. Fuisse
 autem summam vim ingenij in Monta-
 no, & singularem eloquentiam, sciunt
 omnes, qui eum nouerūt & erat in vtrā-
 que lingua elegantioribusque literis ita
 versatus, vt si quid vellet, splendidè & or-
 natè dicere posset: id quod ex scriptis e-
 ius, quæ iuuenis composuit, manifestum
 est: sed cùm ad docendam artem medi-
 cam stipendio Illustrissimi Senatus Ve-
 neti amplissimo conductus esset, more
 scholæ dicere, quam eloquētiam osten-
 tare maluit. Vtebatur autē oratione per-
 spicua, plana, & auditoribus accommo-
 data & verè Socraticum tenebat, vt <sup>τὰ αἰ-
 νὰ καὶ τῶν αἰτῶν</sup> diceret, id quod in metho-
 dica & vera doctrina fieri oportet, & pla-
 nè necesse est. Nam non ludendum o-
 pinionibus, neq; conquisitas & malè de-
 tortas authorum sententias auditoribus
 obtrudendas esse putabat: sed id quod
 Galen. monet ostendendum illis præci-
 puè censebat, omne præceptum medi-
 cum

eum debere esse *ἀληθής, χήσιμον, καὶ ἀκόλυτον.*
 Ac cum interdum cogitationes suas vel
 propter temporis angustiam, vel strepi-
 tu auditorum cōmotus, satis perspicuè
 explicare non posset, expoliuit eas al-
 tera lectione, & tandem tertia: sæpe *αἰα-
 κεφαλαίωσιν* proposuit, & quid tenendū es-
 set, monuit. Id si quidam animaduertis-
 sent, qui Montanica edūt, vel lectiones
 integras & distinctas (id quod nuper in
 2. Fen. 1. Canonis Auicennæ fecit Franc.
 Degalottus Regiens.) dedissent, atq; ita
 Montanus, vt ostēdi, suam defensionem
 afferret ipse, vel omissis tot superuaca-
 neis repetitionib. iustā *σωματοπίησιν* Mon-
 tanicorum edidissent, in quibus si quid
 esset vitij, authori editionis nō excellen-
 tissimo Montano adscribendum fuisset.
 Vt enim de me dicam, si quis ista, quæ de
 methodo therapeutica à me sunt edita,
 in qua hoc vnum studui ostendere, pri-
 mum esse debere in actione, quod in in-
 uentione vltimum est, reprehendat, fa-
 teor, si quis fortè responsionē requirat,
 eam illi à me deberi. Cumq; sint quidam
 qui *μικρὰ* ista vocent, & q. ingenioli no-

stri *ἔκδομα* putent, iis hoc respōdeo, nun-
 quam mihi fuisse propositum commen-
 tarios de iis, quæ à Galeno & Montano
 copiosissimè sunt explicata, edere; sed
 saltem indicationes quasdam, meq; sic
 existimare, methodicos libellos ne de-
 bere quidem vagari longius, nec quæ ab
 aliis scripta sunt, fusè repetere. Verùm,
 vt Galen. noster monet, significatione
 quadam parua ostēdere ea, & in memo-
 riam reuocare. Sed mittamus nunc ista,
 & ad institutum reuertamur. Mihi qui-
 dem nullum est dubium quin Excell.
 Montanus, si videret libellos plerosque,
 qui eius nomine circumferuntur, in qui-
 bus *ἀνακόνηται* plurima conspiciuntur pro
 suis non esset habiturus, id quod de col-
 latione istorum librorum, cum iis quæ
 sciente & approbante Excellent. Mon-
 tano à Luca Stenglin Medico Augusta-
 no, primum quidem Patauij, deinde in
 Germania opera & studio Casparis Peu-
 ceri viri doctiss. mihiq; amicissimi edita
 sunt, facile intelligi poterit. Verum non
 nunc censoris iudicium de aliorum la-
 boribus mihi sumam, nec vllius volunta-
 tem

tem improbabo, aut operam reprehendam, vel præconium aliquod istarum consultationum, quas nunc in publicum damus, faciam. Illud rei medicæ studiosos monebo, vt Montanum tanquam opt. & præstantiss. methodi artificem & doctorem ament & magnifaciant, nec eorum clamoribus qui fortunam & experientiam iactitât, se commoueri patiantur, quo minus artem methodicè discât, & omnino alia via atq; ratione se artifices fieri non posse arbitrentur. Ars enim sola curat, siue sciens hac, siue inscius vtatur: & sæpe quemadmodum Hippoc. inquit, euenit, vt qui medicis etiam non sunt vsi, dum ægrotauerunt, facientes aliquid vel non facientes, conualuerunt; nec tamē alia re quàm arte seruati sunt. Quæ enim profuerunt illis, siue i media siue quies ob rectum vsum profuerunt; quæ nocuerunt, propterea nocuerunt, quòd malè adhibita sunt. Hæc artis esse non casus manifestum est: si quis autem forte accepta fortunæ referat, cum illo nequaquam odiosè pugnabo, siquidem, vt Hippocr. ait, qui malè curantur, inci-

dunt in infortuniū, qui benè, bona fortuna vtuntur. Frequenter namq; hoc euenire imperitis & audacibus videmus, vt præter opinionem arte vtantur & natura adiuuante feliciter curent, DEO (vt in Teutonico prouerbio est) tutante humanam stultitiam. Etsi verò non solum credulitate imperitæ multitudinis abutuntur; verum etiã apud magnos viros opinio veritati vim affert: tamẽ doctorũ alia est sententiã, quæ dum liberè proferitur, Dis boni, quàm non tantum medici isti, qui cum Thessalo atque Olympico *εις άκρον σοφίας*, vt Galen. inquit, euecti videntur, verum etiam horum patroni offenduntur, qui quiduis potius quàm eruditorum recta & libera iudicia ferre possunt. Hoc autem siue seculi miseriis sit annumerandũ, siue moribus hominum, & qd̄ vt prouerbio dicitur (*ὁμοιον ὁμοίω φίλον*) homines imperiti facilius imperitos benevolentia complectantur: siue medicis ipsis, qui contra veterum præscriptum mancipiorum potius modo, quàm medicorum, qui vt Galenus monet ægris, *ὡς στρατηγὸν στρατηγούμενων καὶ βασιλεὺς ὑποηκόων* esse

se de-

se debebant, artem exercere malunt, sic imputandum, non libet inquirere. Illud explicemus, sit ne arti fortuna anteferenda, ac potius an sine arte aliquis fortunæ locus in medicina tribuendus, & quid de experientia tyronibus tenendū, ut & cōtra impostores sint muniti: & nō sequantur eorum temerariam audaciā, qui præmatura ostentatione scientiæ tument, & quicquid collibuit vel exiguo tempore sese futuros somniant. Fortunam dominari in rebus multi omnibus ætatibus senserūt; & etiamnum quidam Græci senarij votum vsurpant, *δέλω τύχης πάλαιμας, ἢ φρενῶν πίθων*. Sed quid sit illud, quo hominum actiones fortunantur, & à qua causa procedat, variè est controuersum. Alij enim statuerunt esse *αἰόευσιν* quiddam planè incommodè: alij fortunam ad DEVM monstrantē felices occasiones, gubernantem actiones & exitus, rectè atq; præclarè retulerūt. Nihil enim fortunatū sine DEO, ut in tragœdia dicitur: *αἴεν θεῶν ὁδεῖς εὐτυχεῖ βροτῆς*. est que hoc certissimum, sanationem & naturæ cōseruationem diuinæ benignitatis munus esse, &

à DEO gubernari. Id cùm ita sit procul-
 dubio, ij soli, qui DEVM rectè inuocant,
 fortunati erunt, cū iis tantū adsit DEVS.
 Verùm his & manus admouenda est, ac
 discenda sunt necessaria recto ordine, &
 illud quod pietati & iustitiæ cōuenit, se-
 quendū. Quam quisquis didicit artem
 eam exerceat. Qui enim sibi vel sumūt,
 vel somniant fortunam, sine arte vsuque
 rerū & vel inanes titulos, vel applausum
 vulgi satis esse putant, hos profecto &
 conscientia recta & DEVS ipse deseret.
 Sunt & qui inclinationibus fortunatos
 effectus ascribunt, & quandam vim in
 temperamentis è constitutione cœlesti
 ortam effectricem fœlicium medicatio-
 num arbitrentur. Et si autem illi nō pro-
 fus incōmodè sentiant & cœli vis, in qua
 singulari DEI prouidētia quiddam ad-
 mirandum & humanæ intelligentiæ in-
 explicabile est, multum fœlicitati inge-
 niorum & actionū conferat: tamen do-
 ctрина vim promouet insitam & verū est
 illud Græcorū *πρὸς τὴν τύχην ἔσπεξε, καὶ τὴν τύχην
 πρὸς τὴν*
 Ac qui sine arte freti cœli clemētia me-
 dicationes exercēt, & se non modò pau-
 cis

cis annis, verùm mēlibus summos factos
 esse somniant, horum audaciam infeli-
 citer cadere necesse est: sunt verò isti
 malis gubernatoribus vt Hippocr. ait, si-
 miles, quorum errores in tranquillitate
 non facile deprehenduntur, sed cū tem-
 pestates insurgunt eorum inscitia atque
 temeritas manifestè conspicitur, siqui-
 dem eiusmodi medici cū homines cu-
 rant, nihil graue patientes, aut morbos
 qui hominibus familiares sunt, facile su-
 os errores tegūt. Vbi verò magnus, gra-
 uis & periculosus morbus fuerit, tum &
 illorum delicta & artem manifestè de-
 monstrant *πρωσως* atq; ipsa exitia homi-
 num. Quare etiam si magna pars homi-
 num ferātur opinionibus, tamē prestan-
 tissimæ artis studiosis illud Hippocr. v-
 traq; manu tenendum: Qui medicā ar-
 tem recte nouit, minime fortunam re-
 spicit & cum hac & sine hac recte facit.
 Constans enim & firma est medicina, &
 doctrinæ optime cōstitutæ minime for-
 tuna egere videntur. Sic & medicamen-
 ta non expectant sane fortunæ motū in
 medendo. Ita enim magis ea quæ non

sunt medicamenta, cum fortuna adhibita prodesse. Sed patiamur sanè cum Hippocr. rem sic se habere, ut hi soli fortunatè facere videantur, qui sciunt & contra infortunatè, qui ignorant. Fortuna enim uti est rectè facere. Hoc verò hi, qui sciunt, faciunt; nō uti fortuna, neque assequi hoc, quod velis, est id facere, minimeq; rectè, quod nescis. Inscius verò atq; indoctus, quomodo quæso fortunatè aliquid ad finem perducet? siquidē etiāsi aliquo progrediatur, laudabili tamē successu carebit. Qui enim recta ratione in agendo non utitur, nec fortunatè quidem aliquid cōsequi poterit, cum multa rectè faciēda, minime faciat. Atque ex his, quæ de sententia Hippocr. cuius authoritas tanquam parentis apud studiosos rei medicæ summa esse debet, retuli, constare arbitror, nec fortunā arti anteferendam esse, nec in medicatione locum, nisi arti coniuncta sit, habere & solos artifices fortunatos esse. Qui igitur curationes suas felices esse volunt, artem sequantur necesse est, & successus à DEO petant, secundum sapientissimi Syracidis

Syracidis præceptū, qui in curatione va-
 letudinis præcationem cum medicatio-
 ne coniungēdam monet. Sed iam nunc
 quid experientiæ tribuendum & quem
 locum in medicina habere debeat con-
 sideremus. Tres sectas fuisse medicorū
 Galenus tradit, & ostendit firmis ac per-
 spicuis rationibus, cur neglectis metho-
 dicis atq; empiricis rationalis sit sequen-
 da. Methodici breui temporis spatio se
 summos in arte esse, & alios quoq; effi-
 cere posse sex ad eō mensibus iactabāt:
 eratq; horum persuasio impudens simi-
 lis nostrorum quorundam, qui cū vix
 discipuli facti sunt, doctrinæ artem inua-
 dunt (Non enim res atq; opiniones ho-
 minū, sed tempus atq; homines mutantur)
 Habebāt autem quædam præcepta
 communia, quæ κοινότητες, id est, cōmuni-
 tates appellabant, de fluxu atq; astricto,
 iis in omnium affectionū curatione locū
 esse arbitrabantur. Docebant enim re-
 laxata corpora astringenda, idq; σπνσσις
 appellabant: aut relaxandum, fluidum-
 que reddendū, quod densum, nimium-
 que obstrictum esset, idq; πύσις vocabant.

Deniq; interdum his coniunctim vtendum & astrictione & relaxatione commiscendam. Hasq; tres vias in omni curatione compendiosas recta causarum notitia tanquam inutili ad curationem (more peruerso & inepto) reiecta sequebantur. Atq; cum nimis compendiosam artem superbè & insolenter facere vellent, totam destruebant. Hos verò refutat Galenus copiosè què cognoscere artis medicæ studiosos decet. Empirici ab experientia dicti ideo sunt, quia hac sola artem niti & constare arbitrabantur. Est autem experientia eorum, quæ sæpe & eodem modo visa sunt, obseruatio, atq; memoria, atq; hinc & *τηρητικοί* & *μνημονευτικοί* empirici dicti sunt. Noua vero empiricorum secta à veterum laude multum discessit, & ij qui nūc empirici nominantur, atq; se dici volunt, tantum hinc absunt, vt ne hoc nomine quidē digni sed impostorum & nebulonum videantur. Etsi enim illi nō minus quàm methodici impudenter se iactitabant, & vt Galenus inquit, duriores lapidibus erant, ita vt ab illis omnes bonæ rationes subiectæ resilirent:

resilirent: tamē eorum qui nūc se experientiaē titulis in Rebuspubl. venditant, quiq; in rerum omnium inscitia secreta atq; per paucis explorata se scire prædicant, audacia atq; temeritas, præsertim si ætas & vulgi imperitia eis patrociniū atq; suffragium ferat longè intolerabilior est, vt nihil de profligatis hominibus Iudæis & similibus, quos magistratus haud scio quàm recte fert, dicam. Porro veteres empirici non istis imposturis & populari aura sibi suā experientiaē confababant, verū tres vias, vt Galenus de sententia Teutæ refert, perueniendi ad *ἐμπειρίαν* esse tradebāt, videlicet *αὐτοψία*, id est, propriam inspectionem seu obseruationem: Historiā, id est, rerum circa eadem sæpius probatarū & obseruatarum narrationem & *τὴν ἰσομοίαν μεταβολῶν*, id est, de re simili ad similem convenientem transitum. Sed recitare ac refutare seclataram opiniones non est nostri instituti. Cæterum cū ipse Galenus experientiam alterum crus esse dicat, quo sit insistendum, si quis recto pede medicamentum ingredi velit, eosque hallucinati di-

cat, qui vel sola experientia, vel ratione tantum nituntur, cumque non solum non reprehendat experientiam, sed se empiricæ doctrinæ ita studiosum fuisse fateatur, ut eam profiteri non dubitet: magnū decus & ornamentū coniunctā doctrinæ atque rationi experiētiā adferre, statuo & eos approbatiōe dignos iudico quæ maximarum rerum usu & experientia præditi sunt, quique non umbras rerum, verum ipsas res penitus cognoscere & periculū in aliis facere student, quod corporibus humanis ex usu sit. Ea verò, quæ sine arte & doctrina est, cum Hippocrate ^{op. & Hippoc.} & perniciosam, ac cum Galeno nihil à vulgi imperitia distare, & periculosam esse, nisi rectè tractetur, statuo. Nullo autem alio modo rectè tractari potest, quàm arte adhibita quæ non tantum sensui manifesta, itidem ut experientia: verum rerum causas, sine quarum cognitione nihil scimus, inuestigat. Causæ verò cum ^{meis} dicantur, sola ratione cognoscuntur, nihilque est aliud medicatio quàm re-
mediorum, quæ causis symptomatum aduersantur, præeunte viamque monstrante
indica-

indicatione, applicatio. Hicq; nequaq; satis est scire, quid iuuet, sed cur & quando, quisq; sit rectus & tempestiuus vsus, idq; sola indicatio præstat. Est enim indicatio vt Galen. definit, ἡ συμπροσπίπτουσα κατάληψις τῶν ὠφελῶντος ἀμα τῆ το βλάπτοντος κατὰ τὴν αἰτιαν τῆρσις, ἢ λογισμῶ. id est, cōprehēsiō aduniens cum re indicante iuuās, vnà cum nocente simul cōprehendēs, sine obseruatione aut ratione. Percepta enim eius natura per causas quod nos mouet ad agendum, simul etiam in mentē venit, sine obseruatione & ratiocinatione quid sit agendum, quidve fugiendum. Atq; hæc mentis cōprehēsiō, quæ totam actionē medici gubernat, ἐνδξίς dicitur. Hanc solam tenent artifices qui res cognoscunt, vt sunt; non qui compendia medicorum, aut experiētiā imperitorum sequuntur. Hanc qui nō tenet, neq; hac tanquam duce vtitur, vel se non esse medicum, vel magno suo & ægrotantiū malo artem, quam ignorat, exercere fateatur. Cū verò hac via perueniendū ad artem, à quibusdam prolaxis disputationibus obruta, multa etiam barbarie

obscurata sit, atq; Excellentiss. Montanus eam ostendere ac plenam & perspicuam doctrina sua reddere & in curationibus ac cōsultationibus quasi manu ad eam ducere discipulos suos studuerit, volui ego diutinos conatus Viri excellent. & ad docendam & illustrandam medicinam nati, studiosis hæc quoq; exempla proponere, non quòd sciam, ea, quæ ipse sæpè non præmeditatus interdum animo ab aliis curis parum vacuo dixit, quæque alij aliter scripserunt, magnopere nominis & existimationis laudem præstantissimi Viri & Præceptoris mihi charissimi augere atq; amplificare posse, verum quòd existimem rectè edi, quæ aliquibus vel potius multis, futura sunt utilia. Ea autem qualiacumq; sint, cum in iis etiam aliquis noster extiterit labor, nonnulla etiam nostra non modica diligentia, Amplissime D. Ioh. Hen. Hervarte, volui tibi dedicata, & inscripta à me publicè apparere, ut tuæ erga me beneficentiæ, & meritorum summorum, & grati mei animi, ac obseruantia & studij extaret testimoniū perpetuū. Bene vale: Vratislaviae 25 Octobr. Anno 1557.

Clariss.

Clarissimo Viro, Domino Quirino Schla-
her, Nimca Domino, Ioh. Crato
à Krafsheim, &c.

S. D.

PLATONEM duo à DEO opt. Max.
precatū fuisse legimus, εἰρήνην μὲν ἐν αἰ-
θρώποις, ἰσχυρὸν δὲ ἐνὶ κήδεσσι: pacem inter homi-
nes, & laboribus ac curis confecto som-
num. Quid enim in rebus humanis pa-
ce & tranquillitate melius? Quid in ad-
uersis ad mentis & corporis virium re-
creationē optabilius & suavius somno?
In meis verò infinitis molestiis, quas hoc
biennio ἰσχυθεὶς sustineo, sæpe mihi salu-
tare hoc votum in mentem venit, sem-
perq; cordi fuit, & nunc quoq; est Ho-
meri illud, οἷς ἔειπεν οὐκ' ἀθανάτων, οὐκ' ἀνθρώπων ἑσπέρου-
σι. Sed vicit fatum, & seculi miseria, ac v-
trinq; res cecidit, cognouerunt tamen
optimi quoq; , me quantumvis non sim
καμάρτητος, habere & ad accipiendum &
ad deponendas offensiones animū mol-
lem, & hanc naturæ mollitiem secundū
Ciceronem, bonitatis esse. Verūm ἔδρα
τῶν ἀνθρώπων οὐδὲ πτερόεντες, καὶ ἅπαντα σοφοί, ἀλλὰ μέ-

vos ὁ θεὸς ἤτο τὸ γέρας ἔχῃ: vt refertur apud Pla-
 tonem de Simonidis sententia: etiam si
 quidam se tales esse ineptè fingant, atq;
 somnient, & mirificè atq; iniuriosè de a-
 liorum ingeniis & factis iudicent. Hæc
 autem viderit DEVS, qui profecto videt,
 atq; placidos euentus cōcedet. Tu qui-
 dem opt. Dn. Quirine de meo animo &
 voluntate optimus potes esse testis, qui
 curam & angorem mei animi sermone
 tuo leuasti, & dolorem es amantissimè
 consolatus, tuumq; verissimum testimo-
 nium atq; animi mei conscientia, mihi
 pluris sunt quàm *μυροεικων καὶ μυροσώφων* ser-
 mones. Ac notus quoq; est optimè ani-
 mi mei sensus Viro opt. & doctis. & mi-
 hi multis veris de causis amicissimo Io-
 achimo Camerario, qui sapientissimis
 subiectionibus & monitis me iuuat, &
 studiorum meorum socium Ioachimū
 Filium hac superiori æstate esse voluit,
 vt facilius animum abducerem à mole-
 stis & in nostris libris rectaq; conscien-
 tia acquiescere possem. Is verò cū de
 nostris chartis sibi ea collegisset, quæ
ἐπιμαθητῶντα scire æquum est, petebat à
 me, vt

me, vt curationes quasdā Montani præceptoris mei in ordinē certum redigerē & perpolitē, seq; libenter descripturum affirmabat. Quod cum facere instituissem, scripsit magna assiduitate & nō valde multis diebus Centuriā Curationum Montanicarum confecimus. Ego verò & Ioachimū sæpe admonui, vt valetudinis suæ non satis firmę rationem haberet, & interdum tibi cum sollicitudine quadam studium & diligentiam eius prædicaui. Ea re, quæ tua est humanitas, nō solūm propter parentē, cuius ingenium excellens, eruditio & sapientia præcipuum est ætatis nostræ ornamentū, verūm etiam propter ingenium & modestiam Ioach. F. amanti. es complexus, tuæq; beneuolentię ea dedisti indicia, quę nos perpetuo grati animi & beneficæ ac prolixæ naturę tuę admonere poterunt. Apud me quidem quoad vixero nulla vnquam obliuio tuorum erga me meritōrum memoriam extinguet, & pro Ioachimo spondere possum. Nam is nuper discedens diligenter à me petiit, vt postremæ suarum descriptionum parti

εὐχαριστίαν ad tuam humanitatem propor-
 nerem, quod facile homini amicissimo
 potui promittere, ac te quidem hoc
 officium in optimam partem acceptu-
 rum, pro certo statuo, etsi quasi de alie-
 no largiri videar. Sunt enim hæc magna
 ex parte collecta ab optimo iuvene
 Hier. Schreiberio Norico & mihi par-
 tim à Ioh. Pötano medico eximio com-
 municata, partim opera Hulderici Vvai-
 blingeri Augustani, quam cum summa
 fide mihi tum in hac re tum aliis multis
 dedit, quaq; me ad perpetuæ gratiæ de-
 bitionem viro integerrimo obstructum
 esse fateor, consecutus sum ab iis, qui in-
 vidè tenebant, & etiamnum quantum
 possunt, Montanica premunt. Perpoli-
 tionem autem nostram esse si non glo-
 riosè, verè certè dicere possumus. Nam
 primùm cum ab aliis, quæ mihi ad manū
 erant, deinde cum iis, quæ eximius artis
 medicæ Doctor Ioh. Sprembergius col-
 lega meus dicente ista in xenodochio
 excellentissimo Montano excepit, con-
 tuli, ac dictiones quasdam incommodas
 ita immutavi, vt sensus maneret inte-
 ger.

ger. Sæpè cùm Mōtanus significare vellet, caput curationis hoc esse vel illud præcipuè in curatione spectandum, utebatur sacræ scripturæ sententia. Ex hoc, inquit, pendet Lex & Prophetæ. Ac possem talia multa recitare, quibus quidam mirificè Montanica deformant. Vnum hoc retuli, vt calumniandi ansam præciderem.

Si quis verò me fortè roget, qua fronte sententiã Montani de febre pestilentiali proferam, cùm ea aduersetur meæ, quam in libello Teutonico posui, hinc respōdebo, protulisse me optimo & simplici animo meam, nec vllum me iudicium interposuisse, nec Montani, à qua mea, vt ostendam, nō admodum abhorret, vnquam improbasse. Sed libellum quidem meum Germanicum nō tueor, neq; molestè laturus sum, si quis eū mecum consentiente iudicio nō valdè probet. Nam in hac egestate patrij sermonis interdum vocula LVIS vtor in mentione causæ & morbi, vnde quidam existimant me res ipsas miscere & poëtas imitari, qui fingunt è pixide Pandoræ o-

mnis generis morbos euolasse, & nunc
 quoque in aëre circumferri ac hominibus
 malam valetudinem & mortem adfer-
 re. Scio ego pestis appellationem non esse
 certi morbi nomen, ut Galen. 3. Epid.
 com. 3. indicat, & multis morbis, qui con-
 tagiosi sunt & plurimos interimunt, con-
 uenire. Ac nota mihi est morborum com-
 muniū distinctio, quæ est apud Galen.
 com. 1. De victus ratione in acutis: cum
 in ἐνδήμια, id est, vernaculos, ἐπιδήμια quos
 Paulus περιδήμια & κοινὰ vocat, & λοιμώδεις di-
 stinguat: & λοιμὸν quidem definit epide-
 miam contagiosam & perniciosam; ac
 discrimen ponit inter febres pestilentes
 ἀσπεράδας, id est, sparsim priuatimque homi-
 nes inuadentes, quas & priuatas vocat,
 & verè pestilentes. Id & videre est apud
 Hippocr. 3. lib. de præcog. ex puls. 4. vbi
 Galenus de pestilenti febre agens, inquit:
 εἰδέναι μὲν τὰ χεῖρ καὶ ἄλλως γινόμενης αἰεὶ λοιμῶν πᾶσι
 αὐτὰς τῶν πυρετῶν, ὡς αὐτὰ καὶ γέγραπται ὅτι αὐτῶν ἕ-
 πασι πῶς ἀξιολόγοις ἰατροῖς, καὶ καλῶσι γὰρ λοιμώδεις αὐτὰς.
 id est, sciendum quidem est, fieri inter-
 dum has ipsas febres sine peste, quæ ad-
 modum hæc de eis scripserunt omnes
 præstan.

præstantiores medici & eas pestilentes
 vocant. Et Galenus subiicit: istarum na-
 turam exposui latius in differētiis febrim.
 Facit autem hoc in 1 lib. cap. 4. pro
 virili, ostenditq; in harum febrium cura-
 tione κεφάλαιον fuisse putredinem, seu vt
 interpretes reddiderunt, fuisse earum
 summam, putrefactionē. Vnde quidam
 patrocinium sibi sui gradus putredinis
 sumpserunt. Verùm illud quod bis in v-
 na pagina διασενύσης αἰτίας, id est, præpotē-
 tis causæ meminit, & ibidē inq̄t, πὶ πλείον
 ἐκφέρεται πῖνα λοιμῶν σπέρματα. id est, in aëre con-
 tineri pestilentix semina, non explicant.

Quin Galenus ipse hanc disputatio-
 nem sic cōcludit, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἤδη πῶς ἔχεται
 θεραπευτικῆς μεθόδου καὶ δήλον, ὅτι δι' ἐκείνης τῆς παραγ-
 ματείας ἐπὶ πλείστον εἰρήσεται. id est, sed hæc quo-
 dammodo propriè spectant ad metho-
 dum curatiuā, in qua non dubitandum,
 quin plenius de his simus dicturi. Ego
 verò illud in therapeutica methodo nō
 reperio. Ad finem quidem lib. 10. cum
 σωτικῶν πυρετῶν, id est, colliquantium fe-
 brium (σωτήριον autem, id est, colliquatio-
 nem proprium symptoma febris pesti-

lentis 3 Epid. statuit) mentionem facit,
 affirmare video, se de pestilētibus febribus
 alio loco dicturum. Id verò vbi fiat
 haud scio. Nam quæ exponit in comm.
 Epid. in quibus Hippoc. nullum librum
 de febribus pestilētialibus scripsisse ait;
 nec contagionis naturam, nec venenatæ
 qualitatis, cuius ille meminit, satis expli-
 cant. Quid multis? possem plurima loca
 adducere ex Galeno, è quibus manife-
 stum est, eum disputationē de febre pe-
 stilentiali in medio reliquisse, nisi & de
 his hoc satis esset perspicuum, & ab aliis
 declaratum scirem. Itaq; ante decem
 annos cœpi sollicitè cogitare, quid in tā-
 ta opinionum varietate tenēdum esset,
 & cum mediocri studio adolescēs in re-
 rum cœlestium studio versatus essem, &
 animaduertissē præstantes artifices cau-
 sam pestilentis constitutionis ad causas
 cœlestes referre, attentè quædam de his
 in Galeno & aliis obseruabā, & videbam
 veteres etiam ad venenatam qualitatem
 aëream, quàm Græci *δυσάμυν ἀσπίματων*, La-
 tini occultam vocant, confugisse. Ego
 verò toto animo manifestè requirebam,
 ac pri-

ac primùm quidem de præceptoris mei
 Montani sentētia accuratè cogitabam.
 Hæc erat eiusmodi. Putredinem eo vsq;
 procedere in pestilentialibus, vt ad ve-
 nenatam qualitatem proueniat & pro-
 prium characterismum pestilentialis es-
 se putredinem in cordis substantia vel
 contentis. Hancq; putredinis formam
 seu gradum disseminari contagione, &
 alia magis, alia minus, prout corpora ho-
 minum disposita essent affici. Porrò pu-
 tredinem illam causam esse cōtagionis,
 quia contraria formæ hominis & planò
 venenata esset, ita vt materiam quoque
 immutet; & contraria sit tota substantia
 hominis vitæ eiusq; fonti.

Contagium autē definiebat affectum
 transeuntem de substantia in substantiã,
 eamq; destruētem mediatè per conue-
 nientiam materiæ, & contrarietate for-
 mę interueniente alteratione caloris in-
 debitè concoquentis humidum: statue-
 bat putredinem causam contagionis, &
 hunc modū corruptionis esse dicebat,
 vt in febre pestilēti cum materia putre-
 scerēt humores cordis. In febre sine ma;

teria vel incalesceret substantia cordis propter putredinem & q. pestilentem hecticā fieri, vel putresceret ipsum cor, & tum quidem statim homines extinguunt ut docet Galen. inquit: Quod medicamentum excogitabis ad putredinem quę cor occupavit? Atq; hanc esse Montani sententiam testantur eius lectiones in artem curatiuam ad Glauconē de febre pestilentiali & de contagione in 2. 1. Auic. à qua quantum mea discrepet, videamus. Primū hoc tenebam, Aristotelem putredinem dicere corruptionem in substantia eam quę primę generationi opponatur. Galenum verò non illam extremam corruptionē, sed eam quę morbum inferre potest, ponere. Cū igitur Montanus gradum putredinis seu formam putredinalem, ut illius verbis utar, causam febris pestilentialis constitueret, scirem q; naturam rei, adeoq; nomen in positione atq; cognitione causę consistere, sanē multum de ea cogitavi.

Videbam in qualibet putredine humidi abundantiam poni tanquam materiale,

le, & calidum non proportionatum tanquam agens & efficiens, nec quomodo hæc morbum pestiferum inducere atq; contagionis vim afferre possent, perspiciebam. Fracastorius quidem vir summi ingenij, contagionis principium agēs (vt illius verbis vtar) in seminaria putredinis referebat, ac inde profundam ac largam putredinem fieri affirmabat. Etsi verò, vt antè ostendi, sententiæ de seminariis, authorem habeat Galen. 1 de differ. febrium 4. tamè Montanus hæc occulta & q. inexplicabilia reiiciebat, & ostendebat se non de qualibet putredine verùm de ea, quæ sit talis & tanta, vt deueniat ad qualitatem venenosam; qualem Galenus descripsit 6 de loc. aff. quæ vt ipse Montanus lectione 33. in 2 Auic. inquit, tota substantia & essentia homini contrariatur, in hac disputatione loquitur. Hæc verò cum mihi dextrè atq; distinctè explicaret Fernelius vir diuini ingenij & excellentiss. eruditionis, eius sententiam tanquam veram, rectam, & explicantem doctrinam veterum & Montani illustrantem, sum secutus: & sic post

varias cogitationes statuebam, pestilentiales febres alias esse cum lue, alias sine lue. Quæ cum lue sunt, quasdam esse vniuersales, hoc est, quæ serpant contagione in omnes mūdi partes, habere causas cœlestes vniuersales, quæ efficiunt, vt aër qualitatem venenatā recipiat, & rursus hanc multi homines hauriant. Præfertim autē illi, quibus propter easdem causas cœlestes inest symbolum. Quasdam particulares, quæ certa loca affligāt, atq; easdē habere alias cœlestes causas, vt Saturni vel Martis diametrū in illis signis, quæ familiari quadam *κακοποιῶν* locis dominantur, aut solius Saturni positum in Dodecatemorio, cui loca subiecta sunt, quas augent deliquia Solis, & Lunæ, & *χρηστοί κακοποιῶν*: aliàs venenatā aëri qualitatem cōmunicari propter halitus, qui vel ex terra vt ex cadauerū putrefactione insigni, vel sordium atq; excrementorum habitu maligno, aut aquarum stagnantium putredine venenata oriuntur. Ab hoc autem veneno aëreo seu aëri misto vel à cœlestib⁹ causis simpliciter orto, vel à putrido & venenoso

halitu

halitu affici corpora tam pura quã impura, sicut à scabie & lippitudine, vt Galenus inquit, & hanc luem tanquam bestiam ciuitates deuastare, vt idem Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem affirmat, verùm non eodem modo. Nam pura corpora nisi propter cœlestes causas ad suscipiendum sint disposita maxime lvi seu veneno, quod disseminatur contagione, resistūt, impura minus. Denique in corporibus puris febrem pestilentem inducant, quæ propter causam, id est, venenatam qualitatem morbus totius substantiæ dicitur. In impuris, hoc est, cacochymia vel plethora laborantibus ad febrem pestilentem ortam à venenata qualitate propter eundem accendere putridam febrem, & in curatione tam ad luem, quæ venenū, quàm ad putredinem respiciendum est, vt ostendã: licet verò certorum locorum sint hæc febres, tamẽ disseminari contagione, cum vel venenum aëreum ventorum vi propellitur, vel per vestes aut merces etiam animalia quædam locis nulla infectione laborantibus importatur. Febres verò

pestiléntiales sine lue, neq; cœlestes causas habere, neq; valde contagiosas, neq; venenatæ qualitatis, sed tantum insignis putredinis cor ferientis participes esse statuimus.

Causas autê horum putredinẽ ortam in corpore vel ob prauitatẽ humorum, vel propter cibos corruptos, vel aëris constitutionem putridam affirmamus. Quo verò hæc propius ad eam formam putredinis, quæ ex venenati aëris inspiratione est, accedit, eo etiam istæ febres contagiosæ magis magisq; perniciosæ efficiuntur: & vehementius sese efferunt, atq; mortalitatis publicæ causa sunt. Ad ego quidem hoc sexennio, quo hîc Vra^{ti}slauia fui, sine peste huiusmodi febres priuatas quotannis ferè sub autumnum vidi, & curauit ac sæpè cum plurimi essent in vnis ædibus, vnum tantum laborantẽ, reliquis saluis animaduerti, nec contagione malum serpere longiùs, imò sana & mediocriter pura corpora planè non affici, ac pro causarum & dispositionum corporum varietate, illorum vim frangi & attoni. Hanc sententiam de febre pestilente

stilente esse veram ex rei natura, signis
 euentibus & ipsa curatione perspicua
 demonstrabimus, & vt confido equis iu-
 diciis, & animis non præoccupatis opi-
 nionibus probabimus. Nam quid hic
 vel ille sentiat non refert: siquidem vt
 Montanus dicebat. Nec Hippocr. nec
 Galeno in arte credendum est, quia di-
 xerunt, sed quia bonas ac firmas ratio-
 nes doctorum habent, & turpissimum est
 vt à Grecis dicitur *ἀλαστανιστος* *ἠγορεύειν* *τὴν*
ἰατρικὴν ἀνδρίαν, id est, opinionibus seruire,
 & ex autoritate rerum veritatem metri-
 ri. Natura rei ex causis dependet. Osten-
 dimus autem causam febris pestilentis
 cum luc, venenatam qualitatem aëream
 celo ortam esse, quæ nõ quia calida, fri-
 gida, humida vel sicca est, sed tota sub-
 stantia cor lēdit, & spiritus deuastat aliàs,
 aliàs humores corrumpit, aliàs totam e-
 ius substantiam inficit & depascit. Cor-
 ruptio autem ea, quæ fit hausto veneno
 isto aëreo longè vulgaris putredinis cō-
 ditionē superat, id quod accidentia pro-
 pria & curatio indicat: & propterea for-
 malia & materialia huius febris, quæ ip-

sam constituunt, multò plus quàm reli-
 quarum febrium tam putridarum quàm
 hecticarum malitiæ habent. Ac vt hæc
 plana & perspicua fiant, primùm de re-
 mota causâ nullam litem meam faciam,
 præsertim cum, vt Aristot. inquit, de cœ-
 lestibus paucas habeamus *πίστες*. Illud au-
 tem patiãtur me, qui mediocriter in his
 studiis sum versatus, sic sentire. Cũ nulla
 causarum sine patientis aptitudine age-
 re possit, vt Galen. inquit, *τὸ βῆτιν δεινότατον*,
 id est, aptitudinẽ corporum causas cœle-
 stes habere, etsi non omnibus obuix at-
 que conspicuæ sint, & sidera in aëre ali-
 ud etiam, quàm calorem & frigus lumi-
 ne motuq; suo inducere, nec parum *μακροῖς*
 cœlestes ad constitutionem cor-
 porum conferre. Ac res & historia te-
 stantur, fuisse pestilentias graues, quas
 nulla admodum temporum mutatio, &
 manifesta aëris qualitas præcessit: imò
 interdum hyeme eas incepisse, quæ æ-
 state desinerent; & cōtrà immaniter sæ-
 uisse, etiamsi in calida & humida cōsti-
 tutione grauiorem esse, & calida atque
 humida corpora, quæ laxiores meatus
 habent

habent ad suscipiendum venenū, & putredinem potiora, libenter fateamur. Eam verò putredinem, quæ in corporibus prædispositis hausto veneno aëreo inducitur, vt longè perniciosiorem vulgari esse, & aeris qualitatem non putridā simpliciter sed venenosam statuamus, cōtagionis ratio requirit. Est enim cōtagium affectus destructiuus substantiæ, vt Montanus ait, cui putredo non possit subuenire, nisi sit talis & tanta, vt perueniat ad venenatam qualitatem certæ formæ. Dico certæ formæ, quia alioqui aer simpliciter venenatus omnibus viuentibus noxius esset. Ratione autem formæ fit, vt aliàs homines, aliàs boues, aliàs hæc vel illa loca afficiat, eaq; sine vlla dubitatione cœlestes causas habet, etsi nobis sint inexploratæ. Porro dicere venenum aereum, tota substantia vitæ, eiusq; fontis infestum, & morbum ipsum totius substantiæ morbum appellare, ac discrimen ponere inter pestilētes veras & πανολίτες, id est, quæ tantum sunt à veneno aereo, & putridas, etsi ferè perpetuò coniungantur, propter corporum purorū pau-

citatem, quid obsecrò incommodi ha-
 bet? An quæso id contra Galenum, vel
 alterum Galenum Montanum est? Imò
 hoc modo sentire, est illustrare totā di-
 putationem de contagione, quàm si ve-
 teres perspicuè proposuissēt, minus for-
 tasse nunc esset aberrationis. Affirmare
 autem solam putredinem causam febris
 pestilentialis profectò non est declara-
 re, cur & quomodo sint contagiosæ. Fa-
 teamur igitur suam veterum, suam po-
 sterorum esse gloriam: atque illos fuisse
 iidem, vt nos, homines, nec supra captū
 humanum esse, quædā ignorare. *Quin*
 Galeni hæc est sententia à proprietate
 substantiæ non qualitatum intemperie
 fieri febres pestilentes cum lib. 2. de na-
 tura h. 4. inquit, De pestilenti exha-
 latione *ἰδιότητι μάλλον ὅλης τῆς ὑσίας ἢ ἀπὸ πλείων*
λοιμαυνομένων τῆς στόματιν. id est, quæ proprie-
 tate magis totius substantiæ quàm qua-
 litate aliqua corpora lue inficit. Atq; eo-
 dem in loco manifestè dicit, communiū
 morborum imperfectam curationē scri-
 ptam ab Hippocr. & distinguit inter fe-
 bres pestilentes, quæ à causa, proprietate
 sub-

te substantiæ agente, quam nos venenatam dicimus lædunt, & à causa qualitate sola afficiente excitantur. Atq; hæc eo recenseo, ne quis rem nouam nos amplecti, aut quæ κατ' ὄψιν in mentem venisset, putet. Nec ego de nominib⁹ pugno, quin Platonis sententiam, quàm refert Galenus, teneo, non esse habendam de nominibus curam, quibus tantarum rerum inuestigatio proponitur. Rem igitur ipsam propius aspiciamus. Cùm vis veneni, quàm δηλητήριον appellant, corpus ingressa est, totum id momento temporis immutat, idq; vt Galen. 3. Epid. non copia sed tota substantia seu genere oppugnat. Oppressus itaq; à veneno calor secundum Galen. 9. de simpl. Med. non vehemēs est pulsus, paruus propter eandem causam, velox ob necessitatem. vrinæ interdum sanis similes. Certè si sola putredo in substantia cordis vel contentis esset, & ea quidē summa, calor in tanto cordis incendio vehementior quàm in causo reperiretur & tanta suborta putredine vix fieri posset, quin aliqua eius indicia in vrinis conspicerentur, sicut

certè sunt planè cõfusæ, & iumentorum
 similes vrinæ, cùm haustum venenum in
 corporibus putridam febrem inducit.
 Illud quod paulò antè dixi, me libenter
 cõcedere fateor, in corporibus plethora
 vel cacochymia laborantibus à venena-
 to aere affectis non solùm febrem, quæ
 à veneno est, & morbus totius substan-
 tiæ dicitur, & comites, bubones & car-
 bunculos habet, sed etiam fœdam pu-
 tridam febrem excitari, cùm hæc vene-
 ni huius vis sit, vt primùm cor & vitales
 omnes partes lædat, & infringat: deinde
 humores quoq; inquinat, & labefactet.

Verùm vt hæc conspectiora sint iam
 signa persequamur: In febre pestilenti
 sine putredine, quæ oritur, cùm venenũ
 aereũ inspiratione pulmones & cor sub-
 it, calor nec mordetur, nec vehemens
 est: circa præcordia verò anxietas, ani-
 mi deliquia crebra, vel syncope, pulsus
 parvus, vrinæ interdum tales vt sanis sint
 similes, vomitiones etiam crebræ & dif-
 ficiles sæpè adsunt, iactationes corporis,
 inquietudo, & vigiliæ, & tanta sine sensu
 doloris prostratio virium, vt priusquam
 febris

febris putrida consequatur, hominem è
 vita tollere queat. Hæc autem signa om-
 nia ad venenum non ad putredinem
 referēda, tum de iis, quæ antea diximus,
 tum quæ deinceps dicturi sumus, perspi-
 cum erit. Porro hanc febrē, siue ἐφήμερον
 pestilentē, siue hecticam quis nominet,
 mea nihil refert, modo is mihi suam de
 putredine spirituum & substātiæ cordis
 in viuo animante sententiam declaret,
 nec me damnet, si ego febrem cum lue
 sine putredine appellē, vel nomine ge-
 neris in appellatione speciei utar, & pe-
 stilentiam dicam. Febris verò pestilētis
 exitiosæ, atq; publicæ, & cum his putri-
 dæ coniunctę signa sunt bubones, & car-
 bunculi seu pustulæ, item οὐμήξις, id est,
 colliquatio, dolor, & grauitas capitis, si-
 tis vehemens & appetentia prostrata, in
 interioribus calor vehemens, exteriori-
 bus verò frigus, fœtorē halitus vrina tur-
 bida, alui interdū profluuius, interdum
 astrictio. Deniq; in corporibus, quæ hac
 extinguuntur, signa veneno infectis (vt
 Dioscorides ea recenset) communia at-
 que familiaria conspicimus. Atq; hæc fe-

bres putridæ cùm sine peste sint, quas Galen. 3. Epid. vocat λοιμώδεις ιδίως πυρετός καταλαμβάνοντας τῆς ἀνθρώπων, καὶ ζώων λοιμῶν, id est, febres pestilentes propriè siue priuatim corripientes homines absq; peste habēt eadem ferè symptomata: sed omnia mitiora, nisi prauitas humorum collectorū in corpore ad malignitatem earum accedat. Non parū etiam malitiam earum adiuuant aëris constitutiones australes, turbidæ atq; pluuiosæ, æstatis feruor & halitus è terra emissi, veneno affines: cumq; hæc accedunt, animantia interdum lues prius quàm homines afficit, & insectorum atq; animalium ex putredine ortorum copia præter modum conspicitur: sed ista omnia explicare non est nostri instituti, & volente Deo,

Plenius hæc nostræ poterūt ostendere chartæ,

Si modo vita super sig. erit vlla qui es.

Nūc de tertio videlicet de curatione dicamūs, quàm morborum naturā declarare apertè Hippocr. noster docet, in-
quiens: Indicat autem curatio, siue verò hanc siue præseruationem, quæ κατὰ τὴν μέθεξιν procedit, spectes manifestū erit, re-
media

media, quibus utimur in præseruatione atq; curatione pestilentium febrium, etiam alexipharmaca veneno aëreo tota substantia non manifestis tantum qualitatibus contraria.

Id verò venenū, vt ego existimo Galenus præpotentē causam vocat: Montanus putredinem, quæ ad venenosam qualitatem peruenit. Hippoc. autem diuinum quiddam: Auicēna substantiam extraneam complexionis spiritus cōtrariam aëri permistam appellat. Ac Hippoc. inquit, *τὰ φυσικὰ βοηθήματα ἢ λύει ὀπίδημειαν λοιμικὴ πάθος*, id est, naturalia remedia non tollunt luem pestilentis morbi. Galenus verò 6. Epid. comm. 6. *λοιμικῆς ἀερος* (ita. n. causam febris pestilentis vocat) medicationem per alexipharmaca tradit, & manifestè inquit noxam per totam substantiam corporibus aduenire, & medicamenta *καθ' ὅλιγον τὴν ὑστίαν* illi aduersari. Deniq; possem hoc omnium medicamentorum exemplis manifestum facere, sed vnum saltem afferam. Est electuarium quod è nucibus vocant vbiq; in pestilentialibus cōstitutionibus vsitatissimū:

& nonne Galenus in lib. de bonitate & vitio succorum inquit: Qui venenorum compositionem tractarūt, nonnulli harum omnium alexiterium esse affirmāt, si quis caricas cum nucibus vnā & rutam assumat. viderit nūc æquus lector, quantum à doctrina Galeni & Montani absum. Nam illud quidem nō dico, nec vnquam dicturus sum, iuuamenta simplicium qualitatū medicamentorum nihili facienda, & putredinis nullam habendam rationem, aut ea quæ ad inhibendam putredinem à medicis doctis exiccando, & refrigerādo atq; aliis modis fiunt, superuacanea esse, cū sciam præsertim in pestilentialibus constitutionibus, multos cacochymia, non paucos plethora laborare, atq; his sanguinis missionem, illis purgationem necessariam esse. Venenum verò solam antidotū requirere, nec ad hoc tollendum, putredinemq; ab eo inductam remouendam solam exiccationem conferre, summa cum asseueratione profiteor. Sed de curatione atq; hac tota disputatione, quæ de putredine, contagione & pestilentialibus

bus morbis & febribus est, meã sententiam perspicuè explicatam edam. Hanc verò significationem propter quasdam meas cogitationes & aliorum subiectiones non potui differre, cùm Montanica de febribus in publicum darem, quæ vt tu optimè, mi D. Quirine, & si qui fortè hæc legent alij in bonam partem recipiant, vel melioribus opellas ingenioli nostri ipsi obscurent oro. Certè candidi lectores perspicient, me non temerè ponere discrimen inter febres pestilentiales à veneno aëreo, & à sola putredine ortas, & naturam rei, signa certa atq; ipsam curationem, quæ fit per alexipharmaca, me vrgere, vt causam venenatam qualitatem aëream appellem, & putredinem quæ hanc sequitur, longè vulgaris putredinis conditionem sua malignitate superare, statuam. Tibi quidem hæc tenuia atq; exilia grata acceptaq; futura pro summa tua humanitate & singulari erga me animo certo scio, & vt perpetuo atqui omni hoc modo maiore cultu & honore tuas præclaras virtutes & merita erga me prosequar, & grati animi

memoriam declarem, & coniunctionem
amicitiæ nostræ in aliqua etiam felici-
tatis meæ parte collocasse me testatum
faciam, omnes ingenij neruos & indu-
striæ intendam. Christus te cum tuis be-
neualentem conseruet. Vratisl. 25. O-
ctobr. 1557.

*Thomas Erastus Hieronymo Capo-
uaccio, S. D.*

AD ea, quæ ex amici cuiusdam me-
dici excellenter docti, excerpisse
literis te affirmas, scripto respõdere pla-
cuit, propterea quòd inter illa sunt, quæ
verbosius & dilucidius exposuisse valde
fit vtile, & necessarium. Principium dis-
putationis hoc est: Verissimum est, siue
genus, siue differentias morborum spe-
ctemus, non statui in doctrina methodi-
ca posse morbum totius substantiæ. Opti-
mè illud à te dictum affirmo, propterea
quòd in doctrina methodica locū habere
non potest, quòd nullibi est aut fuit. Ti-
bi verò, qui tales morbos existere crede-
re videris, vt consentaneū dicas, vereor.
An enim, quod methodo nulla, sed ex-
perientia

perientia solùm cognoscitur, & inuenitur, cognitum & inuentum methodo tractari non potest? Fernelius certè & Argēterius facilius, quem in methodo locum habituri sint tales morbi, ostenderent, quàm eosdem extare demonstrauerint: purgantia propriè totius substantiæ viribus humores detrahere magno consensu omnes affirmant. At in methodica doctrina de medicamentis locum non inuenisse, quæcunque vsu iam cognita fuerunt, non ausim dicere. Par ratio est alimentorum. Et quod propius ad causam pertinet, curationis pestis methodum tradi posse certum est, licet totius substantiæ morbus esse credatur: cur ergo à methodica doctrina qui vsu cogniti iam ponuntur, excludentur?

Quia, inquis, dissimilis est ratio, cum temperamentum læditur, & cum *νοσθη* *ἀπο-
κεκοις* extra suum subiectum sese effundens alia corpora similiter afficit, ac in pestilentibus subito spiritum & calorem insitum extinguit. Nego morbum aliquem seminariū ex se effundere, quo alia corpora similiter inquinet, vel spiritum na-

tiuumq; calorem perimat, sine læsione
 temperamenti. Nam omnes morbi, qui
 per seminarium aliena corpora conta-
 minant, necessariò temperationem co-
 rum primo offendunt, quod in thesibus
 de contagio sic est demonstratũ, vt pro-
 babiliter contrà disputari nõ possit. Nec
 diuersum tua probat ratio. Non enim
 non destruunt temperamentũ partium
 morbi contagiosi & pestilentes, quia se-
 minaria diffundunt, quæ arcem vitæ re-
 cta ferè inuadunt, & congenitum cordis
 calorem, sicut venena corrumpunt, vel
 alioqui morbum, cuius seminaria sunt
 transportant. Planius ex eo veritas co-
 gnosci potest, quòd te quoq; cõsentien-
 te, semina illa corpora sunt putredinem
 in se continètia, cuius vi corpora, ad quæ
 fortè irrepserunt, coinquinant. Impossi-
 bile autem est, vt res putrida, quatenus
 putrida est, corpus aliud maculet, absq;
 temperamenti corruptione, quia natu-
 ra nihil est aliud putredo, quàm vitiosa
 temperatio: nisi fortè temperatum sta-
 tuatur, quod insito calore suo spoliatum
 ab alieno tenetur & regitur. Grad^o quo-
 que

que neutiquam mutant speciē. Quem-
 cunque igitur putredinis gradum pona-
 mus, semper ei cōueniet definitio, q̄ vi-
 delicet sit natiui caloris ab alieno intro-
 ducta corruptio. In hoc solūm discrimē
 reperitur, quōd vna quā̄m alia seuior, ef-
 ficacior, mitior, ignauior existat. Quo-
 circa vna eademq; specie operationis cū
 hæc, cum illa agit. Confirmarem hanc
 meam affirmationē pluribus argumen-
 tis, si nō per se esset manifesta & tuo suf-
 fragio cōprobare, dum sic scribis: Neq;
 ego inficior sicut à venenis, sic etiā̄ à
 morbida inspiratione affici atq; lædi tē-
 periem. Sed tamen putredo quæ indu-
 citur alia est a vulgari putredine simpli-
 ci, & alia ratione interimit, & curatur.
 Morbida inspiratio, quā̄ pestilente con-
 tagiosoq; morbo laborantes efflant, pu-
 trida est, & proinde tota sua natura &
 substantia vitæ caloriq; nostro contraria
 est. Quocirca rectē colligis diuturnam
 contagij vt seminarij perseverationem,
 primis reclamare qualitatibus, quæ faci-
 lè admodum hebetātur, & corrumpun-
 tur. Contagium certē prima qualitas nō

est, sed secunda, quæ non perit subiecto incolumi persistente. Iam certum habetur etiam apud Fernel. & Argenterium, putredinem tota substantia nobis aduersari. Agunt igitur in nos putridi halitus ratione & vi putredinis, quæ in se habent. Putredo verò omnis quemcūq; tandem gradum nacta fit, est calida quædam intemperies. Quamobrem non agunt in nos putridæ exhalationes virtute simplicis caloris, sed potestate putridi caloris, nec alia nos vi, aut potentia alterant. At diuersa est simplicis & putridæ intemperiei curatio. Concedo. Nam in putredine est facta intemperies, in simplici adhuc fit. In illa non habet locum alteratio, propterea quòd corruptum in integrum restitui nō possit. In hac quòd corruptum est, per oppositam qualitatem corrigitur. Quo fit, vt à putrido calore alterata sui ablationem, simplici calore affecta, sui emendationem postulet. An ex hoc effici quispiam opinabitur, putridas exhalationes alia vi quàm intemperie aliena corpora contaminare, quibus fortè adhaeserunt. Interimunt igitur putredinæ.

refaciendo: (nam per se vt aliter agant, impossibile est) quod nihil aliud est, quã temperamentum seu natium calorem dissoluendo. Quod dum fit, ac factum nondum est, alteratione contraria prohiberi quis non videt? De putredine cuius pluries in his literis mentionẽ facis, dicendum aliquid videtur, præsertim eum valdè multos, ne dicam omnes hie turpiter impingere animaduertam. Putredinem corruptionem esse *της ἐν οὐκείῳ ὑπερῷ οὐκείας, καὶ κατὰ φύσιν θερμότητος ὑπὸ ἀλλοτείας θερμότητος* profectã ab omnibus receptum est Philosophis, & Medicis. Equè certũ est Aristotelem in 4. Meteor. cap. 1. duplicem statuere putredinem alterã simplicis & naturali generationi vt maxime commune contrarium opponit, & corruptionis rerum naturalium, quæcunq; secundum naturam intereunt, finem & terminũ cõmunem statuit. Eandẽ hanc *καθόλου* seu vniuersalem & naturalem appellari, eandemq; improprie putredinẽ nominari ostendit. Alteri nihil horum tribuit, sed contraria ascribit. Nam & proprie putredinem dici, ac violentam

& morbidam affectionē esse & κατὰ φύσιν
 corruptionē vocari ait, & nec interitus
 naturalis terminū, nec naturalis ac sim-
 plicis generationis communissimū con-
 trarium facit. Est igitur hæc illi contra-
 posita. Sanè dum hanc propriè putredi-
 nem vocari scribit. Illam impropiè sic
 vocari indicat: & dum illam finem na-
 turalis dissolutionis facit, hanc violentæ
 & morbidæ corruptionis cuiusdam ter-
 minum esse monet. Hanc ab eo particu-
 larem, illam contra vniuersalem nomi-
 nari ex textu manifestum est. Differe-
 rentia in eo est, quòd in naturali putre-
 dine tum demum ambientis calor insi-
 tum exigit cū ætatis longo tractu seip-
 sum ita debilitauit, ac fregit, vt à leuissi-
 mo circumstantis aëris calore dispergi
 queat. In propria putredine violenta est
 hæc corruptio insiti caloris, vt quæ tunc
 eueniat, cū calor adhuc robustus ac
 copiosus adest. Idè aduentitium calo-
 rē valde potentē esse oportet. Præterea
 in naturali putredine totum æqualiter
 seruata partium proportione contabe-
 scit. In morbida pars vna aliqua præ cæ-
 teris

teris corrupta est, reliquis naturam suam
 conseruantibus. Non enim necessum
 est, vt sanguine putrefacto etiam carnes
 putrefactæ sint, aut carne in manib. cor-
 rupta, etiam quæ in pedibus est, putrida
 sit reddita. Sæpenumerò putrescunt pul-
 mones cæteris partibus illæsis, aliquan-
 diu permanentibus. Præterea naturalis
 putredo plurimum ab ambiēte aëre in-
 ducitur. Morbida à peregrino quouis
 suscitatur, frequentissimè ab obstructio-
 nibus efficitur. Item naturalis putredo
 est affectio mixtorū, quo ad mixta sunt,
 ac solis mixtis seu inanimatis accidit.
 Morbida tum animatorum, tum inani-
 matorum communis est. Illa enim ge-
 nerationi simplici mixtorum tanquam
 communissimum contrarium opposita
 est, hæc mixtioni cuiuslibet contraria est.
 In illa res in cineres & lutum atque ele-
 menta soluuntur. In hac rarò aliquid ta-
 le vsu venit. Deniq; naturalis putredo
 finis est interitus secundum naturam, ac
 putredo propriè nominata impedit, quo-
 minus naturaliter res corrumpantur. Mo-
 do dictas corruptionis species vocauit

Aristoteles putredines, licet alteram in-
 usitatè sic nominari sciret, & moneret.
 Facti hãc videtur causam habuisse, quòd
 terminus ille corruptionis naturalis no-
 mine proprio careret, atque eandem v-
 trique definitionè competere videret.
 Omnis enim putredo siue natura eue-
 niat, siue à morbo, aut violenta causa in-
 ducta sit, corruptio est insiti in re quali-
 bet caloris ab aduentitio profecta calo-
 re. Quòd primo loco positum nunc vo-
 lo. Deinde ponere alterũ hoc oportet.
 Rem quamcunq; tantisper saluam esse,
 quantisper proprium suum calorem re-
 tinet. Perire autem, cùm eodem illo pri-
 uatur, vt Aristoteles tum alibi, tũ de iu-
 uent. & senect. 4. De respiratione 8. De
 breuit. & long. vitæ 5. cap. docuit. Cùm
 de animæ expertibus rebus sermo est,
 controuersia caret, quòd dicimus. Quid
 enim aliud in his temperamentum con-
 seruat, quàm congenitus calor, qui idem
 etiam ab initio induxit? Ipso incolumi
 persistit mixtio, eo corrupto necessariũ
 est, temperamentum dissolui. De inte-
 ritu animatorum, quo ad animata sunt,
 dubi-

dubitare quidam ausi sunt, an is interitus caloris quoque extinctio seu corruptio rectè diceretur. At expressè hoc affirmat Aristoteles de iuvent. & senect. cap. 4. ἀνάγκη πίνω ἀματόν ξιλῶ ἰσχυρῶ καὶ τλιῶ τῆ δερμὸς τότε συμφυτῶ (de quo agebat) σωθειαν, καὶ τῆ καλῶμενον θεάσασθαι εἶναι τλιῶ τότε φθορῶν. sane calor hic instrumentū illud est, qua forma vitur in temperando, effingendo, & conseruando proprium subiectum, & sine quo ne momento quidem seipsum in subiecto suo conseruare posset. Hac de causa effector, opifex, author, conseruator rerum omnium dicitur. Videndum igitur est, quot modis Aristoteles (de huius enim sententia quæritur cū idem cum medicis de putredine senserit) censuerit calorem ingenitum extingui posse. Hoc declarato patebit, quæ eius de putredine mēs fuerit, perspicuum illud quoque fiet, rectè secūne à nobis dicta sint, quæ ex eius verbis attulimus. Denique decidetur inter philosophos & Medicos disceptatio. Duplex statuitur caloris corruptio apud Aristotelem, vt ratione & testimoniis demonstrari potest.

Si enim res nulla potest interire dum calor eius incolumis manet, neque plures sunt interitus modi seu species, quã duobus necessarium est, vt totidẽ etiam sint non plures, nec pauciores caloris corruptiones. At quicquid occidit, vel naturã, vel morbo perit, id est, vel ætatis tractu paulatim absimitur, vel per vim, seu morbum aliquem interimitur. Mors igitur omnis vel est naturalis propter insitas nature vires, absq; aliena, & externa causa eueniens; vel violẽta & morbida, quæ ab aduentitia aliqua causa suscitatur, vt testatur Aristoteles tum alibi, tum 5. cap. de iuuent. & senect. & c. 4. & 16. de respiratione. Etsi autem violenta corruptionis species non est indiuiduã, sicut naturalis, sed in alias species & modos diuiditur, tamẽ quoties eam naturali opponit, quocunq; nomine vtatur, eandem semper intelligit. Quocirca manifestẽ liquet, putredinem ita propriẽ nuncupatam sub naturali corruptione (cui vt propria impropria, violenta naturali seu nõ violentæ, vt particulare vniuersali opposita est) nequaquam contineri sed violenti

lenti interitus speciem quandam existere. Etsi verò insiti caloris, sicut & ignis extinctionis proxima causa, si superstitiosius, quàm par est & conducibile rimari velimus, vnica est, alimenti videlicet defectus (nam siue seipsum pabulum suum sibi præripiendo, vel quocunq; modo consumendo perimat, siue ab alia quavis causa deperdatur, alimèti inopia extinguitur, vt Aristoteles in cap. 4. & 5. de iuuent. & senect. affirmat) nihilominus extinctionis modos, vt rei natura pleniùs cognoscatur, ex mente Aristotelis distinguemus. Ergo bifariã interit calor. Nam vel ipse semetipsum consumit: vel à contrario dissipatur. Illa species interitus à Græcis *μάερασις*, id est, marcor, tabes, ariditas (nostri vocant *die darre*, & *μαεραίνουσι*, *ausdorren*) nominatur. Hæc ab eisdem *σβέσις*, hoc est, extinctio appellatur. Verba Aristot. lib. de iuuent. & senect. cap. 4. sunt: *καλῶμεν δὲ τὴν μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μάερασις, τὴν δὲ ὑπὸ τῶν ἐναντίων σβέσις.* Duobus porrò modis absumit seipsum calor, & proinde duplex est apud Aristotelem *μάερασις*. Et enim vel paulatim longo temporis tra-

etu, nullo morbo interveniente, nulloque
 adventitio affectu perimente pabulum
 sibi suum consumit, vel brevi tempore
 propter morbum siue ἐπίκτητόν η πάθος viol-
 lenter sese ipse strangulat. Prior τῆς μα-
 ερίως species apud Aristot. 4. Meteor.
 οἷσις & αερίως dicitur, abhi ab eodem γί-
 εσις, καὶ κατὰ φύσιν μαερίως: quemadmodum
 altera seu posterior βίαιος μαερίως nomina-
 tur. Nam 16. cap. de resp. hęc habetur:
 θανάτος ἢ ὄθιν ἢ μὲν βίαιος. ὃ δὲ κατὰ φύσιν. βίαιος μὲν
 ἔστι ἢ ἀρχὴ ἴσασθαι ἢ κατὰ φύσιν, ὅταν ἐν αὐτῷ καὶ τὸ μὲν
 οὐσία ἐξ ἀρχῆς ταύτη, &c. & quę sequuntur:
 suprā verbis Aristotelis ostendi τὸν θάνατον
 nihil aliud esse, quā insiti caloris interi-
 ritum. Quare idem dicit, qui mortem
 aliquam naturalem, aliquam violentam
 dicit, cum eo, qui caloris insiti corrupti-
 onem aliquam naturalem, aliquam vio-
 lentam asserit. Violenta igitur est calo-
 ris extinctio, quęcunq; propter adventi-
 titiam causam incidit, siue ab ipsomet
 calore, siue à contrario eius inuecta po-
 natur, hoc est, siue μαερίως, siue οβίως perie-
 rit. Naturę autem consentanea est, quę
 propter ingenitam corporum tempera-
 tionem

tionem absque ullius aduentitij affectus
interuentu ab ipso agente calore indu-
citur. Sic enim cap. 7. eiusdem lib. legi-
mus: *πλευτή δ, καὶ φθορὰ βίαιος μὲν ἢ τῷ θερμῷ οὐσίῳ,
καὶ μάρανος, (φθαρεὶν γὰρ αὐτὸ ἀμφοτέρω τούτοις πᾶς
αἴτιος) ἢ δὲ κατὰ φύσιν τῷ αὐτῷ τῆτι μάρανος ἐστὶ χρόνον
μῆκος γινομένη καὶ λεηλότῃα.* Quid clariùs dici
potest, quàm *μάρανον* aliquam violenter
euenire, aliquando naturaliter, propter
perfectam temporis durationem, acci-
dere? Violenti porrò marcoris seu τῆς βίαιης
μαρίσεως plures sunt modi (naturalis vni-
cus est) pro causarum efficientiũ diuer-
sitate, varioq; agendi modo. Quicquid
enim efficit vt calor auctus alimentum
sibi præripiat, & ita seipsum ante id tem-
pus, quod secundum naturam suam at-
tingere poterat (aliæ res aliis & in vna &
diuersis speciebus, natura sua durabilio-
res sunt) consumat, *μάρανον* inuehūt, hinc
strangulatio suffocatio, obstructio vel a-
lia calorem natium insitum supra mo-
dum naturæ congruentem acuentia,
marcescere eundem faciunt. In horum
ordine putredinem propriè sic appella-
tam, quæ τῶν κατὰ μέρος φθειρμένων corruptio

est, collocari oportere, nullus sanę mentis homo dubitabit. Etenim ante tempus à natura constitutum interficit, imò in florentissima ætate sæpè necat. Naturalis ergo nō est caloris nativi extinctio, quàm putredo hæc infert, sed violenta. Huius cum duæ tantum sint species *μὲν ἐξ ἑαυτοῦ & ὀβριότης*, ac τῆς ὀβριότητος species censeri nō possit, necessariò efficitur, inter mater coris species numerari eam debere. Nā *ὀβριότης* est species corruptionis caloris, in qua calor non augetur & acuitur, seu se ipso potentior efficitur: sed in qua à contrario frigore extinguitur. Fit hoc ab ære frigido, cibo, potu, medicamentis, iurgulatione, dissectione, repētina euacuatione & omni caloris ac spirituum celerari dissipatione: summatim repetā vt clariora sint omnia, & sic ad vltiora pergamus. Calor perit vel à seipso vel à contrario. Seipsum corrumpit vel naturaliter adquam corruptionem via est senectus: vel violenter. Vtraq; corruptionis species vocatur *μὲν ἐξ ἑαυτοῦ*. Quæ naturæ ordine fit, vnica est, licet nominibus pluribus exprimat ab Aristotele. Nam & senectus

senectus & marcor naturalis & putredo
 improprie appellatur. At violenta spe-
 cies τῆς μαερείας habet plures, strangula-
 tionem, exustionem (quoties enim ma-
 ior minorem calorem perdit, *μαερείς* vo-
 catur Aristot.) putredinem proprie di-
 ctam, febrem tabefacientem. Extinctio
 etiam quæ à contrario efficitur pro cau-
 sarum refrigerantium diuersitate distin-
 guitur. Patet ex his omnibus putredine
 priuatim sic nuncupatam, non aliam esse
 à putredine medicorum, tamen si illa
 quæ in uisitatè sic est ab Aristot. nomina-
 ta, toto cælo alia sit. Hæc enim morbus
 non est: illa autem morbus est. Patet e-
 tiam quomodo accipi debeant verba A-
 ristotelis, *ὁμοίω ἀλλὰ ἰδίως λέγεται σῆψις ὅτι τῶν
 κατὰ μέρος φθρομένων.* In naturali enim pu-
 tredine prorsus necessarium est, ut par-
 tes omnes æquè resiccentur, pro suæ na-
 turæ modo tamen singulæ. In violenta
 pars, vna corrumpitur, cæteris incorru-
 ptis manētibus: obiiciat fortasse aliquis,
 non consentaneò ista dici. Nam si seip-
 sum calor deterit in putredine tum na-
 turali tum violenta, non rectè in defini-

tione ponitur eum ab alieno corrumpi.
 Respondeo: In naturali rerum occasu,
 dum per senectutem seipsum paulatim
 excedit, res nondum putridas esse, sed
 ad putredinem sensim accedere, calo-
 remq; tum sibi ad naturalē putredinem
 viam sternere. Cū enim fermē totum
 se attribuit, & aboleuit à calore ambien-
 tis, tandem prorsus dissoluitur, cumque
 humido natiuo euocatur. Hanc ob cau-
 sam dixit Aristot. senectutem esse viam
 ad hanc putredinem. In morbida pu-
 tredine res minus habet obscuritatis.
 Nullus enim nescit in febribus natiuū
 & propriū calorem ab igneo & pere-
 grino pati. Non enim quia natiuo per-
 mistus est aduentitius, naturalis etiā fa-
 ctus est. Par est ratio, si insitum calorem
 auctum duntaxat cōtendas, si modo huc
 vsq; auctum ponas, vt actiones lædat. Et
 enim pars illa caloris, vt sic loquar, quæ
 subiecti naturæ non competit, sed oneri
 & impedimēto est, naturalis esse aut cogi-
 tati non potest. Talis enim si esset, ac-
 ctiones meliores apparerent, non dete-
 riores. Hæc de putredine dicta nobis
 sint.

sint. Ad tuam iam nos iterum vertimus.

Facilime iam perspicis, minime nos tibi concessuros, quod dicis, Aristotelem censuisse, omnem putredinem generationi oppositam naturalis corruptionis finem esse. Evidenter sane ostendimus, quandam solummodo putredinem non omnem ab Aristotele naturali ac simplici generationi tanquam contrarium communissimum oppositum fuisse, eam scilicet per quam ad senectutem & naturalem etatis decursum sensim peruenitur, quæq; improprie putredo sit nominata. In alterata putredine tam consentit cum medicis Aristoteles, quam consentimus nos cum Arithmetis bis duo esse 4 affirmantibus. Quocirca non est alia discrepatio de hac, & de illa, quam intuentur medici; nec quadrat ad causam nostram similitudo de eo, qui maderet solus, & altero qui totus est madidus: cum Aristoteles non sic distinguat duas putredines, quomodo madescens à madido differt, quoniam totis naturis discrepat cum altera naturalis, altera violenta & naturæ aduersissima sit.

Cum morbum pestilentem longè ab
 intemperie simplici distare scribis, non
 impugnas. Idem enim nos quoq; senti-
 mus & scribimus. Pars simplici intem-
 perie laborans non amisit naturam suã,
 nec nomen nec definitionem perdidit.
 At putrefacta neutrum seruat, & proin-
 de corrigi nequit, Aristoteles certè in
 putredine propriè dicta hoc requirit, ve-
 res cui insederit, corrupta sit. Nam de
 solis κατὰ μέρος φθαρμένοις, ἵταρ χωρεῖν τῆς φύσεως
 rectè efferri putredinem, quæ propriè
 ta vocatur, statuit. Quamobrem non al-
 terari, quòd putridum est, sed tolli pos-
 stulat: plurimum ergo differt huius & ibi
 lius curatio. Nec discrepant nostræ sen-
 tentiæ in ista parte. Tantum igitur abest,
 vt vel tibi vel aliis eripere hoc tentemus,
 vt nihil attentius obseruari velimus, quàm
 hoc. Curatio indicat. Duplex est intem-
 peries, facta, & fiens. In priore, substan-
 tia non interiit, sed naturã suam seruat,
 ac proinde alterationem solam postu-
 lat: In altera, substantia quàm occupa-
 uit, corrupta est, quo fit, vt alteratione
 reuocari nunquam possit. Quare non
 indicant

indicant alterationem sui partes hac in-
 temperie obsessæ, sed ablationem sui pe-
 tunt. In putredine igitur, quæ ad factam
 intemperiem pertinet, non alteramus
 partes iam putrefactas, quia corrigi non
 possunt: at illas, quæ sic intemperata red-
 ditæ sunt, vt naturam & substantiam ad-
 huc retineant, oppositione contrariæ
 qualitatis (quia vitium in qualitate ran-
 tum est) pristinæ conditioni reddere stu-
 demus. Mirum igitur videri non debet,
 si pestis curatio solis alteratibus nõ per-
 ficiatur. Cùm Aristotelem de vulgari &
 simplice putredine tum non cogitasse
 ais, quando phthisicos *πνεῦμα φαῦλον καὶ*
βαρὺ expirare scribit, quid vulgarem &
 simplicem putredinem voces, non satis
 equidem intelligo. Nam duas tantùm
 species agnouit Aristot. naturalem vel
 impropiam, & violentam seu morbidā.
 Hanc pro natura rerum siue partiũ pu-
 trefactarũ magis minusq; perniciosam
 proq; graduum diuersitate sæuiorẽ aut
 mitiorẽ, adeoq; vni quàm aliis partibus
 nocentiorẽ esse, prorsus est rationi at-
 que experientiæ consentaneum. Loqui

autem de putrido spiritu philosophū ex
 eo est euidens, quòd corruptum esse ait.
 At specie aut modo corruptionis alio nō
 potest corrumpi, quàm putredine pro-
 priè dicta, quod hoc argumento probo.
 Omnis corruptio insiti caloris est vel
μάεξις, vel *σβείσις*. Putredo omnis est insi-
 ti caloris corruptio: ergo vel *μάεξις*, vel
σβείσις. At non potest ad *σβείσις* referri pu-
 tredo, cūm authorem habeat calorem,
 nec potest referri ad marcorem natura-
 lem, cūm sit morbidus quidam occasus:
 ergo continetur sub marcore violento.
 Sed ad huius speciei modum nullū pot-
 est referri alium, quàm ad propriè dictā
 putredinē, nec est putredo *φθίσκου* adeò
 pestifera, vt necesse habeamus eam alio
 nomine nominare.

Spiritus tibi non videtur putrescere,
 etsi rationes diuersum probantes nulli
 deesse fatearis. Ego verò facillè probem
 si res postulet. Hic nihil nos cogit, cūm
 de spiritu in thesibus locuti simus, non
 puro & sincero, sed omni halituum &
 fuliginum genere mixto. Aristot. cenet
 cūm *φθίσκου* putridum expirare ait, nō de
 sincero

sincero spiritu nos accipere vult, sed de
 eo, quem aegroti exhalant, quem impu-
 rum esse certum est. Et eum non minus,
 imò magis fortasse difficile sit spiritum
 puru in corpore nostro inuenire, quàm
 sincerum sanguinẽ ab omnibus aliis hu-
 moribus, bile, pituita, melancholia, sero,
 secretum; nescio cur dubitent nonnulli,
 an possint putrescere? Mixtus profecto
 est, & magis mixtus sanguine. At quan-
 to res quæuis ex pluribus putrescere a-
 ptis concreta est, tanto magis putredini
 obnoxia est. Neq; ego dubito, quin sæ-
 pè quoque alij humores putrescerent, si
 non in motu ferè continuo essent. Nam
 tum facile dissiparentur, quoniam & mi-
 xti, & humidi iunt. Calc fieri etiam &
 frige fieri præter naturam possunt. Cur
 ergo non etiam putrescere possint? Esto,
 resistant putredini propter commemo-
 ratas causas, an propterea putrescere
 nunquam possunt? An inspiratus & per-
 mixtus ipsis aër inquinatus, nullo vnquã
 tẽpore contaminare eos valebit? Quod
 humor, aut vapor putridus non efficit,
 quia non similiter cum ipsis confundi-

tur, aut in quasvis partes mouetur, acb
permistus citius perficit, quoties excel-
lente profundaq; putredine affectus per-
nitusq; cum eis confusus, quaq; versum
mouetur.

Vnde igitur, inquis, subitus interitus
aut quæ putredo tam citò morbum in
intemperatura pepererit? Vellem enim
scire, cum omnis actio fiat in tempore,
nec temperamentum subitò possit dis-
soluti, cur venena & morbida exspiratio
in peste sæpè subitò extinguant? Ad ista
mihi facilis est responsio, quæ tamen ob
id fusius est explicanda, quia à paucis no-
tata fuit. Plurimum scire conuenit, ser-
monem nobis esse de uiuentibus & opes-
rantibus partibus. Quæ operandi potens-
tiam prorsus amiserunt æquiuocè instru-
menta operationum naturalium dicuntur,
quorum essentia & differentia fun-
ctione atq; vsu definiuntur, teste post A-
ristotelē Galeno, 1. De plac. Hippoc. &
Plat. cap. 9. & 2. itidem cap. 8. Præterea
nouisse oportet, ad operationes nō suffi-
ficere partibus proprium calorem suū
temperamentum, sed agere in super in-
fluente

fluente ex corde calore, à quo de potentia in actum quodammodo producantur; si dubitabilis esset hæc sententia, in dissolubilibus rationibus eam probarem. Satis est, quòd partes omnes continuo emori conspiciamus, quando per arterias calor ex corde ad eas non influit, quæ vel obstructio adest, vel laqueo interceptæ, vel excisæ, vel pulsare prohibitæ sunt. Reuocat mihi in memoriam hypothesis nunc posita insignem audaciam Fernelij in citandis authorum testimoniis. Exempli loco nobis sit Auerrh. qui in lib. 1. Coll. Campegij habetur cap. 7. in translatione antiqua eodem cap. li. 2. Cùm ibi Auerrhoës monere vellet, partes non exercere vitæ operationes in sito suo calore, sed opus habere præterea influente ex corde, à quibus iunctis actiones proficiscuntur, adducite eum Fernelius ut duo probet. Primum, calorem illum influentem nihil conferre ad partium temperamentum. Alterum, spiritum venire de coelo, instar reliquarum partium originem non ducere. Vtrumque cum sit tam alienum ab Auerrhoëis mente, ut pugnare cum

ea magis nil possit, qua fronte ausus fuit ad alstruenda figmēta sua adducere? &c.

Tertio loco tenendum est, quod ex Aristotele supra demonstraui & confessum est Medicis, nec animalia, nec eorum partes interire ingenito calore incolu- mi permanente. Mors enim nihil est aliud, quàm natui caloris extinctio. Denique meminisse decet, pronūtiati phy- sici: Nihil supra & ultra naturam seu spe- ciem suam agere. His positis ad inter- rogationem tuam sic respondeo: subitus interitus in peste oritur ab intemperie cordis: ratio est, quòd putrida inspiratio interimere nō aliter potest, quàm si cor- dis temperationem dissoluat. In causa duo sunt: Primū quòd interire res nul- la potest, nisi calor eius natiuus pereat. Putrida igitur inspiratio non antè peri- mit, quàm cordis calorem corrumpat. At corrumpere aliter non potest quàm putrefaciendo. Alterum est, quòd nihil ultra suam speciem agit. Calor enim nō agit aliud per se & primo quàm calefa- cere (eadē ratio in cæteris omnibus va- let) si quid amplius fiat, hoc vel per acci- dens

dens sequitur, vel quatenus talis quidam calor euenit: hoc est, sine caliditate non contingit. At omnis putredo est calida quædam intemperies. Quare omnis res putrida calefaciendo putrefacit, & putrefaciendo calefacit. Etenim putredinem omnē à calore peregrino procreari certum est. Quare necessarium est prorsus, vt putrida inspiratio non prius occidat, quàm cordis calorem ceu fundamentum labefactarit. His quomodo contrauenire velis aut possis non video. Difficultas autē in hoc sita est, quòd intemperiem cordis duntaxat tollere putantur, quæ natiuum eius temperamentum, quo ad ex suis certis partibus coagmentatum ac temperatum est, nulla spirituum ratione habita, eò perducit. Verùm hoc fortè fit, si seorsim quo ad solida substantia est cõtra spiritus & humores distincta, consideretur; quomodo lanij considerant: sed Medici non absque sanguine & spiritibus, quibus orbatum, nec viuere, nec officiũ suum exequi vllò pacto valet, intuentur. Quippe vt naturæ conueniēter affectum sit, vt vitæ mis-

nera obeat, vt temperamentum suum custodiat, omnibus iam dictis opus habet, ac sine his nec nomen, nec natura, nec officium cordis tueri potuit vnquam. Quo fit, vt rectè iudicèt Medici diligentiores, cordis temperationē vitare, caloremq; eius corrumpere, quæcunq; vel spiritum, vel sanguinem ei eripiunt, vel eadem hæc intemperata reddūt, et si alteratio hæc ad solidū eius corpus nondum pertingat. Quia verò tu nobis vltro concedis seminariū pestis propter certū putredinis gradum pestiferum esse, probationis labore nos subleuas: quanquā difficile non erat ex suprā demonstratis conficere. Nam exhalationes peste affectorum nihil transportāt ad alios, præter affectionem eius corporis, aut partis, ex qua effunduntur. At non alia hæc affectio esse potuit, quàm putredo. Naturalis autem non fuit. Ergo morbida & violenta. Inter violentæ autem corruptionis species extra putredinē nullam reperies, cuius natura in seminario retineri & propagari possit. Huius signa et si non semper conspiciuntur in egroris, nō tamen

tamen ob id nō adest. Ergo cū putredo omnis, quæ propriè sic nominatur, nihil aliud sit quàm intemperies quædã, ac putredinis propria & per se actio fingi nequeat alia, quàm putrefacere, non est imaginabile, quomodo seminaria hæc aliter vires cordis deiciãt, quàm temperationem eius corrumpendo. Corruptum autem quatenus similem putredinem illi, è quali ipsa exhalant, & qualè in se continent, imprimunt. Quod quia sine calore peregrino, & putrido fieri nequit, prorsus efficitur, temperiè cordis aut aliam partium à talibus halitibus per se & propriè oppugnari. Cū cor dico, & ipsum cordis corpus, & spiritus, ac sanguinem in eo contentos simul intelligo. Cū ad omnia tua respicio, & singula diligenter excutio, videris mihi esse in ea opinione, ac, si qui certū putredinis gradum duntaxat pestiferum concedit, morbum totius substantiæ obscure pariter concedat. Vtraque enim sententia æquè inexplicabilis tibi videtur. Ego sanè longè aliter iudicio, cumq; de tota substantia horum morborum quid

fabri senserunt examino, si de tota substantia sic loquerentur, aut sentirent, quomodo veteres sensisse certum est, frustra fateor & damnarent ipsi hac in parte veterem, & eosdem nos defendere-mus. Nunquam censuerunt illi vel totius substantiæ morbum ab intemperie eiusdem aliū esse, vel remedia à tota substantia agētia per temperationem suam non agere, quemadmodū nec alimentorum ratione totius substantiæ suæ à nobis patientia sine caloris nostri opera transmutari, opinati sunt. Ergo putredinis gradus vnus perniciosior est alio, sicut in pyris, mespilis, sorbis, rebusq; aliis plurimis apparet, quæ sub initium & veluti in primo gradu putredinis esui apta sunt, vltius progressa putredine commedi amplius nequeunt, sed ob id minimè concluderis, putredinem sub quocunq; gradu absq; intemperie aut fieri aut subsistere.

Quare non potest vlla putredo morbi totius substantiæ nomine contineri, quātis per ab omni intemperie tota substantia sic distinguitur, quomodo iuniores illi separant. At non potest, inquis,
tam

tam subito intēperies & putredo induci.
 Ego verò non concedo, vel corpus cor-
 dis putrescere, nec est aliquis vnquã sta-
 tim ab hausto seminario mortuus; etsi a-
 lij breuiore, alij longiore tempore, post-
 quam apud infectum fuerunt, senserunt
 vim contagij. Sæpè multis antè diebus
 contagium intra venas latuit, quàm sese
 proderet. Negotiosum tamen interim
 fuit, sed latenter humores corruppen-
 do sensim ad cor vsq; penetrauit. Vt uue-
 nire hoc maximè solet, cū per alias cor-
 poris partes subit, nō per inspirationem
 ad cor adducere. Hinc est, quòd in qui-
 busdam ante febris exortum, hoc est, an-
 tequam putrida lues ad cor perueniret,
 tum anthraces, tum pestiferi tumores
 pronati sint.

Non minùs profectò incertum est,
 quando humores & spiritus inquinare
 cœpit contagium, quàm obscurum no-
 bis est, quomodo in aliis febribus hu-
 mores incipiant corrumpi. Ad huius rei
 declarationē præclarè faciunt, quæ Ga-
 lenus in 3. Epid. comm. 3. Aph. 4. & in 1.
 prophet. com. 2. sect. 17. scripsit: qui quæ

examinauerit, clarè perspiciet causam,
 ut aliqui, cùm non admodum malè affe-
 cti paulò antè viderentur, repente ferè
 extincti sunt. Vides igitur nos optima ni-
 ti ratione, cùm à corpore vel halitu con-
 tagium deferente mortem sine intem-
 perie apportari negamus. Etenim siue
 per cutem subeat, siue cum aère inspira-
 to ingrediatur, non prius ægrum inter-
 ficit, quàm vel spiritus, vel humores, vel
 ipsum corpus cordis putredine conta-
 minetur, hoc est, horum calorè ac tem-
 perationem corruerit. Prodit autem se
 venenum per spiritum attractum, quia
 recta ad cor tendit, ad quod à remotiori-
 bus partibus arreptit serius. Summa est
 nulla vel ratione, vel experientia proba-
 bitur, contagiū pestiferum tum demum
 esse receptum, cùm iam se manifestum
 facit. Quàm facilè porrò ac citò cordis
 temperiem mutari contingat, animi de-
 fectio & syncope commonefaciunt: v-
 traque subitò nonnunquam illos etiam
 inuadit, qui de nulla re querebantur, &
 tum sibi tum aliis sani videbantur. An in
 hisce cordis temperiem non mutatam
 putabi-

putabimus: Refellit opinionem vestram quod in syncope potissimū totum corpus refrigeratur, & quod aliquando vix sensibilis permanet respiratio, quodque spiritus exiens frigidus sentitur: & accidit hoc non solum à frigida, sed etiam à calida causa. Sicut ergo nullus rectè iudicet cordis calorem & temperamentum nihil passum esse, quia in momento ferè ista fiunt, ita nullus quoque bene affirmaverit, idem non fuisse mutatū ab eo, qui fortè repentè mortuus sit. Nam ut citò dissipantur cordis spiritus propter mobilitatem & tenuitatem, ita subitò etiam frigi fieri & inflammari solent: ac quicquid horum perpeffi fuerint, cordi accidisse ferè dicimus, dum ita de corde, ut de instrumento vitæ, seu officina caloris vitalis loquimur. Hoc ergo probauerit fortasse, qui pestis seminarium mortem inferre citra putredinem partium cordis demonstrat instar contagij non accidisse (tum enim similem morbum ingenerauisset) sed absque interueniente intemperie necauisse, nunquā probabit. Impossibile enim est animal interire

cordis calore nō extincto aut viuere eodem labefactato. Celeris illius mutationis causa est, quòd sine conueniente copia & qualitate spirituum cordis viui temperamentum nec subsistere, nec defini-ri, nec intelligentia comprehendere potest. In aliis partibus minor noxa ex spirituū dissolutione & refrigeratione oritur, propter continuum eorum ex corde influxum. Cùm influxus iste prorsus impeditur statim ille quoq; calore natiuo in eis extincto emoriuntur. Quòd si vltius quærat, cur non & aliarū putridarū febrium vapores cordis partem aliquā putrefaciant. Respondeo ideò accidere, quod leuiter & semiputridi sint, siue quod putrescant potius, quàm putrefacti sint. Quo fit, vt magis calefaciant quàm putredine inficiant, cùm magis calidi sint, quàm putridi. Putredinem certè non sic habent impressam, vt pertinaciter retinere queant. Galen. 2. aph. 17. hanc rem declarat exëplo vini, quod acescere seu corrumpi incipiat quidem, at in acetum nondum sit adeò permutatum, vt restitui in integrum non valeat. Quod enim
iana

iam acetū est, aut alio modo corruptū, redire ad pristinam vini naturam amplius nequit, propterea quòd regressus ad habitum à priuatione non habet locum in natura. Inter elementa autem solummodo non inter perfectè mixta reciproca reperitur generatio. Quòd porrò ferè similiter habeat res in humoribus febrilium putridarum vulgariū, ex eo manifestum est, quòd concoctionem promouere studemus, in peste nulla spes est cōcoctionis sed in sola putrefacti humoris expulsionē, & virium conseruatione ac reparatione tota curandi ratio posita est. Legi nuper epistolam eruditi Medici, qui contendebat febres putridas illas vulgares ferè contagiosas esse. Etsi enim non quosvis obuios inficerent, lactantes tamen infantes à matribus & nutricibus coinquinari. Pueros etiam teneriores, qui cum febricitantibus cubant promptè iisdē corrūpi. Quæ omnia experientia & animaduersione cognita asseuerabat. Ego quia tale nihil à me obseruatū memineram, contradicere non debui: hoc solum respondi, si contagiosa inue-

niantur, ita leuiter contagioſas uideri, ut cum aliis collatæ, naturales exiſtere iudicatæ fuerint. Vbi Galenus aduerſus Eraſiſtratum diſputauerit, num actio aliqua lædi poſſit, inſtrumento eius nõ læſo, recordari non poſſum. Memini eum in l. 1. de loc. aff. Archigenem hoc nomine taxare: ſed cum is principium methodi, qua loci affecti inueniuntur ponat *τὸ μηδέποτε βλάπεται μηδεμίαν ἐνέργειαν αὐτοῦ πρὸς ποιεῖν οὐδὲν αὐτὸν μόνον*, haud ſcio an λόγιον rem diſputationem hæc, vel altera illa de natiui caloris è cœlo deductione, diſpoſitio requirat. Summus eſt ac ſemper fuit omnium Philoſophorum ac Medicorum conſenſus, formas rerum ſine inſtrumētis nihil agere poſſe: nec alio potuit Ariſtoteles argumento mentis noſtræ immortalitatē certius docere, quàm ſi actionem abſq; corporeo inſtrumento edere oſtenderet, ſi poſſet anima ſine inſtrumentis uidere, incedere aliaq; talia agere, quis uſus eſſet oculorum, aurium, pedum, partium aliarum? Nullus eſt ſed de hac re Galenus legatur l. Meth. cap. 9. Quid aliud ſignificat hoc pro-

nunciatum, actiones nō vel materiæ vel formæ attribui debere, sed composito. Adde hoc etiam, quod artis nostræ fundamēta & principia prorsus euertit hæc opinio. Nam si actio aliqua potest instrumento nihil patiente lædi, perperam sanitas atq; morbus proximæ causæ actionum vel congruentium vel incōgruentium definiuntur, cū sine morbo læsa inueniatur actio. At impossibile est, vllū in natura rerum effectū existere, aut finiri, qui absque sua propria, & per se causa ortus fuerit. Sunt autem sanitas & morbus affectus corporum siue corporeorū instrumentorum. Quare absurdè hæc res in dubium reuocatur. Nec Archigenes aut alij ex veteribus ista de re dubitant: sed vtrū pars, cuius actio læsa esset semper affici potius, quàm affecta aut agra vocari deberet, inquisuerunt. Inustum calorem ex iisdem principiis nasci, ex quibus corpus nostrum cōflatum est, ita mihi videtur certum, vt inter homines doctos ista de re dubitari potuisse, miret. Equidē spiritus ex sanguinis attenuati vapore generari certum est, ex

quo eodem cunctæ corporis nostri partes aluntur. Quare aut non iisdem constat, quibus alimur, aut ex eadē materia spiritus fiunt, ex qua aliæ partes corporis procreantur, nutriuntur, augentur. Contendit Fernelius originem spirituum & partium aliarum cum suis temperationibus eandem non esse, quia vel animali recens iugulato carnes propriam naturam seruare videantur. Quis non videt euanidam esse rationē? Non eadem esse prorsus, calorem ex corde profectum, & temperamentum cuiusque parti insitum. Si probare ista ratione voluisset, tolerari poterat, dum sic iudicat de partium viuentium natura, quomodo lanij cadauera æstimat. Ac quod spiritus ad viuentium carniū temperiē conducere negat, ferri non potest, sed longius ex patiatum sumus. Ad locum nostrum veniendum est. An calorem siderum pabulo egere, & alimenti inopia interire censebimus? An cum à putredine elementari extinguitur, celestem calorem ab elementari calore victum dicemus? An Aristoteles calorem elementarē elementis conferens

ferens non palàm facit igneum frigore
 temperatum lib. 2. de Anima, cap. 4. Sed
 de hac re fusè egi in part. 2. Antiparcell.
 Verùm argumentis nullis opus est apud
 eos, qui calorem cuiusq; partis natiuum
 & congenitū aliud nihil esse intelligunt,
 quàm eiusdem temperamentum, quod
 ex elementis certa coitione ortum qui
 nescit, nihil nouit. Influentem ex corde
 calorem è sanguinis vapore cōtinuè ge-
 nerari, & ad membra instar fluuij ex eo
 promanare, perinde notum est, & con-
 fessum. Mirum sanè est, aliquibus per-
 suaderi posse, hanc ex sideribus deflue-
 re, & apud nos incorruptum permane-
 re, cū nullius rei calor proprius extra
 proprium suum subiectum, fingi valeat.
 Nullo vnquam loco aut tempore dixi-
 mus DEO aliquid detrahi, si astrorum vi
 multa in natura fieri dicantur. Tum so-
 lūm detrahitur DEO, quando quod eius
 proprium est creaturis tribuitur, vt cū
 præmonstratio futurorum contingentiu-
 um astris ascribitur. Quod de diuinati-
 one ex astris asserimus, ad caloris insiti
 originem violenter nimis detorquetur,

quoniam aliis rationibus quàm nūc dictis, id oppugnamus. De totius substantiæ morbis, quos etiamnum probare videris, pauca dicam : sicut in rerum natura nō extat animal, nisi in homine, equo, cane; ita neq; homo, neq; alia quæuis animalis species extat extra cuiusq; speciei singularia. Verè igitur existunt Petrus, Paulus & cæteri singuli homines, ipsa species seorsim subsistens nō existit. Nam species & genera non sunt res à se ipsis subsistentes extra indiuidua, sed quæ seorsim considerantur, *νοήματα*, sunt duntaxat animorum nostrorum. Similis ratio est actionis generatim acceptæ, actionis specialis & actionis singulorum. Eo enim actio vniuersè sumpta, re ipsa extra mentem nostram non inuenitur, sic inquam, vt simpliciter actio sit, ac non simul certa quædam actio sit, vt visio, concoctio, progressio. Eodem modo res habet in actionibus specialibus. Nulla enim inuenitur concoctio, exempli gratia, præter singularē hanc, vel illam certam concoctionem. Quam enim rationem habet homo ad Petrum, eandem

conco-

concoctio obtinet cum singularibus co-
 ctionibus collata. Habet enim & ipsa
 speciei rationē. Ergo sicut in animalium
 genere particularia tantū verē existunt,
 ita etiam particulares tantū actiones
 reuera existere oportet. Atqui impossi-
 bile est actionem aliquam singularē edi,
 quæ neq; conuenienter naturæ, neq; in-
 conuenienter edatur, hoc est, quæ neq;
 sana, neq; ægra sit. Iam inter morbum &
 sanitatem nihil intercedere mediū po-
 nimus, etsi eadem præcisè ratio sit, si in-
 terponere medium seu neutrum affe-
 ctum velis, quod in præsentia sic mōstro:
 Animam principalem causam operatio-
 num humanarum omnium esse, certum
 est. At per se absq; corpore considerata,
 si actionis causa poni statueretur, multa
 absurda consequerētur. Primū falsum
 foret pronunciatum physicum, actiones
 non esse componentium partium, sed
 compositarū ex materia & forma. De-
 inde daretur actio, quæ ad speciem cer-
 tam nullam referri posset, hoc est, quæ
 nec visio, nec auditio, nec cōcoctio, nec
 progressio, nec alia talis operatio esset:

Impossible autem est passionē aliquam
 actu produci, quæ in certa specie nulla
 contineatur, cum genera sine speciebus
 νοήματα solummodo sint, re ipsa extra in-
 diuidua non subsistant. Præterea vna &
 simplex substantia per se, & primò foret
 causa multarum & disparium, imò con-
 trariarum quoq; actionum, easq; vno se-
 mel temporis momēto producere pos-
 set. Quæ omnia cum fieri nullo pacto
 possint, falsitas hypotheseos manifesta
 est. Equidem anima discrepantes edit
 actiones, quia diuerso instrumentorum
 apparatu vitur, ac definitionē, speciem
 & determinationē ab instrumentis adi-
 piscitur. Denique frustra factæ fuissent
 partes, quarum operationes sola posset
 edere. Anima igitur quo ad formam est
 corporis, duntaxat generatim acceptæ
 actionis principium existit. Eadem cum
 instrumento certo vnita effectrix certæ
 actionis est. Nam per oculos visionem,
 per aures auditionem, per ventriculum
 ciborum concoctionem exercet. Quòd
 verò tales actiones omnes necessarium
 sit esse vel laudabiles, vel vituperabiles,
 hinc

hinc est perspicuum, quòd fieri nulla vi naturali potest, vt instrumenta, per quæ anima eas producit non sint vel secundum naturã affecta, vel præter naturam disposita. Etenim ex genere τὸν ἀδυνάτων est, vt contrariorum, quæ medio carent, alterutrum subiecto cui accidunt, non insit: sed accidere partibus omnib. corporis, vt vel aptè vel ineptè pro naturæ vitibus affectæ sint, controuersia omni caruit semper & carebit. Nec minus certum, confessumq; est, aptam instrumenti dispositionem bonæ operationis, ineptam vitiosæ causam proximam esse. Et quòd idem non sint concoctio, & bona seu laudabilis concoctio probatione non eget, quoniam reperitur coctio damnabilis. Ergo cùm actio simpliciter & generaliter intellecta ab anima manet, certæ speciei actio ab eadẽ cum instrumento eius copulata proficiscatur, bonitas & malitia actionis indiuiduæ in quolibet specie ab instrumenti conueniente vel inconueniente dispositione proueniat: ipsa veritate verius est, si verius esse aliquid potest, omnem actionẽ rei-

pla & actu ab agente proficiscentem, vel
 bonam siue sanā, vel malam siue ægram
 ac læsam esse. Omnis enim actio talis in-
 diuidua & singularis est, cū genera &
 species seorsim non existant. At disposi-
 tionem naturæ consentaneā omnes ho-
 mines vocarunt sanitatem, & contrariū,
 à quo actiones offenduntur, morbū no-
 minarūt. Quocirca necessariò efficitur,
 actionis omnis, quæ actu fit, causam pro-
 ximam esse, vel sanitatem vel morbum.
 Quid ex his sequatur vides. Si .n. mor-
 bus aliquis datur totius substantiæ, & cū
 tota substantia nihil aliud sit, quàm for-
 ma & sua cuique natura aptè temperata,
 forma autem sine instrumento aptè vel
 ineptè temperato actionē nullam edat,
 prorsus necessarium est, vt tota substan-
 tia dispositionem in se habeat à tempe-
 ramento aliam (de instrumenti disposi-
 tione nihil dico, quia totius substantiæ
 morbum instrumentalem esse negant)
 quæ actionum proxima sit causa. At nul-
 la imaginabilis est. Quare figmēta sunt,
 quæ horum morborum architectus Fer-
 nelius, & Argenterius faber commenti
 sunt.

sunt. Ratio quia præter formam & temperamentum (materiæ sine temperatione sua considerata qualitates instrumentali actioni interdum conueniunt, nunquã similari) in partibus similaribus nihil excogitabile fuit aut erit, actiones earum vel promouens & adiuuans, vel impediens & retardans. In hunc errorem incidisse videntur, qui non distinxerunt temperamenti significationes apud Galenum: Equidẽ Fernelius tum alibi tum in fine 2. lib. 4. capite de abditis rerum causis, singulare temperamẽtum (quod à nonnullis temperamẽti proprietatem vocatum ait) clarè satis distinguit à temperamento absolutè appellato. Quod si veteribus etiam nomen hoc modo in vna, modo in altera significatione vsurpatum animaduertissent, nequaquam nos hosce morbos introduxissent. Profectò nõ Galenus modo duplex temperamẽtum agnouit, verùm & ante ipsum (Aristoteles *τὸ πρῶτον οὐκ ἔστιν, & τὸ δεύτερον οὐκ ἔστιν*) & post ipsum Auicẽna idem docuit. Hic enim complexionem primam & secundã ex-

pressè distincteque vocat. Obiicias fortasse hoc ipso stabiliri recentiorum de his morbis placitum. Nam in nominibus tantum, non in rebus disputationem videri consistere, dum illi temperamentum singulare & proprium vocant, quod iuniores totam substantiam nominare maluerunt. At frustra obieceris. Si enim viderunt veteres duplex nominis significatum, nec tamen plures morbos vspiciam constituerunt satis patet eos plures non inuenisse. Deinde cum temperamentum quouis modo sumptum corrumpi aliter non possit, quam qualitatuum primarum mutatione, neutiquam iudicarunt utile, morbos absque necessitate multiplicare.

Quanto fecissent rectius horum morborum genitores, si temperamenti morbos distinxissent in eos, in quibus qualitas aliqua vna vel duæ hætenus aucta solum est, ut citra subiecti interitum actionem lædant? Et in eos, qui subiecti naturam corrumpunt. Sic enim causam clariorem reddidissent & errandi ansam aliis nullis præbuisissent. Argenterium non miror, qui veterum nævis amplifican-

dis,

dis saginatur. At Ferneliũ quid huc impulerit, nondũ scio. Quorsum verò hæc? Nolim tamen illa quæ à totius substantiæ proprietate vel ledunt vel iuuant, tanto perè oppugnari. Ego certè nunquã aut dixi aut sensi, nullas res extare, quæ tota substantia nobis vel amicæ sint, vel inimicæ. Quare si à me huius aliquid factum, tentatũve suspicaris, falli te scias. Exponere studui, quid veteres per totã substantiam intellexerint, vt rectius intelligeretur, quid sibi voluerint, cum totius substantiæ proprietate nobis aduersa quædam esse, vel familiaria scripserunt. Qui verò opinatur morbum aliquem totius substantiæ inueniri, veteribus incognitum, aut perperam explicatum, is se in errore versari sciat. Etenim Galenus passim hanc totarum substantiarum proprietatem inculcat, nunquã tamen ob id morbum extare totius substantiæ credidit, qui scilicet vitium alius rei esset in similari parte, quàm temperamenti: nec adeò rudis fuit, vt non intelligeret, actionem inter contraria omnem fieri, qui nec ingenio, nec iudicio,

nec differentia, nec usu cesserint Ferrelio: sed quia hac de re abundè egi in thesibus de morbis totius substantiæ, nihil addam.

Hoc solùm te monebo, nunquam te probaturum esse, quæ & Galen. li. i. c. i. de compos. med. secundùm genera: & author ad Pisonem cap. 4. de lepore marino & cantharidibus scribit. Has solos renes, & vesicam; illum solum pulmonem exulcerare, illæsis partibus aliis corporis. Galenus primùm dicit, solam vesicam à cantharidibus lædi, nulla renum mentione facta: sed rogo te an non exulcerant cutem & carnes ipsis admotæ cantharides? legito Nicand. Dioscor. lib. 6. cap. i. vt alios iuniores præteream, & intelliges, quantum in hac parte cum experientia pugnet, & cum Galeni sententia. Quòd si non est tantum otij, vel vna historia, quàm Brassau. in com. Aph. 17. lib. 2. recitat, satisfacit: sed quid est opus testimoniis aliorum, quando nostri sensus & experientia quotidiana docere possunt, quid de re aliqua controuersa sentiendum sit? leporem marinum non vidi, nec

di, nec expertus sum, quas habeat vires: si autem vera sunt, quæ de hoc authores prodiderunt, non minus falsum est, quòd solos pulmones offendat, aut exulceret, quàm quod de cantharidibus Galenus prodidit. Dioscorid. certè post Nicandrum scribit, vrinas eum purpureas, id est, cruentas ciere, ne solas cantharides hoc efficere cogitemus. Exulcerant partes omnes, quas attingunt & ex renibus maximè educitur sanguis cum vrina profluens, non occulta sed prorsus cognita nobis virtute. Et si maximè solas nominatas partes illa animalcula exulcerarent substantiarum proprietate, an ideò sine temperamenti læsione, id agerent? aut sententia nostra de contagio vacillaret? Haud puto: Quæ præterea in scripto tuo continebantur, vel non opus habent responsione, vel in antedictis comprehenduntur. Quare finem hinc faciam, cum aliam longior fuerim, quàm de principio propositum haberem. Vale

8. Septemb. 1575.

*Hieronymus Capouaccius Thomæ**Erasto S. D.*

EGO fanè vir exœcellentis. tuas doctifimas maxima cum voluptate legi literas, quibus nunquam mihi visum fuit respondere, cùm illæ rationes à te cõsententiam meam adductæ parum concluderent. Nunc autem quia longa oratione, miro artificio & omni diligentia meam confutare sententiam laboras de contagio & de putredine spiritus, & de aliis, quæ tibi lubenti animo per literas significavi, breuiter meam mêtém aperiam, vt hac aperta cognoscas, quantum Medici hac nostra tempestate in diuinis abditisq̃ue artis Medicæ mysteriis debeant insudare.

Quantum igitur attinet ad morbos contagiosos hanc pono conclusionẽ negatiuam: Nullus morbus formaliter est contagiosus. Fundamentum huius conclusionis colligitur ex Auicen. i. Fen. i. l. cap. de subiecto Medicinæ; & ex Galeno lib. de diff. morb. Qui authores vnanimè affirmant, causam formalem morbi esse malam constitutionem organi animati,

mati; hancq; distribuunt in intemperiem,
 in malam compositionem, & in solutam
 vnitatem. Morbus ergo omnis formaliter
 non erit nisi mala constitutio organi
 animati; ac proinde vel intemperies, vel
 mala compositio, vel soluta vnitatis. Con-
 tagium autem neq; est intemperies, ne-
 que mala compositio, neq; soluta vnitatis;
 sed vapor quidam fortiter commixtus à
 tota substantia dissimilis humano corpo-
 ri. Quamuis autem non sit horum aliquid
 formaliter, aptum tamen est, habetq; fa-
 cultatem introducendi intemperiem,
 malam compositionem, & solutam vni-
 tatem. Sed quomodo soleat hanc intro-
 ducere, non volo nunc explicare, cum nul-
 lus morbus sit formaliter contagiosus.
 Pono etiam hanc aliam conclusionem:
 Multi morbi sunt contagiosi causaliter &
 concomitantè, id est, illi, qui fiunt à con-
 tagio, quosq; comitatur contagium: ver-
 bi gratia, si quis propter conuersationem
 factam cum phthifico incidat in vlcus
 pulmonis, dicimus vlcus hoc contractum,
 esse vlcus contagiosum, non formaliter
 quidem, in quantum vlcus, propterea

quòd omnia vlcera essent cōtagiosa, sed
causaliter & cōcomitanter, quia hoc vl-
cus fuit à contagio productum, quòd vl-
cus comitatur contagiū, veritatem hanc
magis exemplo naturali declaro. Dixit
Aristot. 2. phys. priuationem esse formā.
At quis tam ineruditus, vt intelligeret
hoc dictum formaliter? Nam priuatio
formaliter sumpta est negatio & nō for-
ma, sed dicitur forma concomitāter, quā
semper priuationē vnus rei comitatur
forma, vt priuationē formæ hominis in
semine humano comitatur forma semi-
nis: vnde priuatio formæ humanæ in se-
mine non est nisi forma seminis con-
comitanter. Sic Medici dicunt multos es-
se morbos contagiosos non formaliter,
sed causaliter & concomitanter. Ex iis
ego infero, quòd in morbis contagiosis
læditur functio dupliciter; Vno modo, læ-
sa facultate. Alio, ob errorem externū.
Nam morbo existente læditur facultas,
sed præsentē contagio à tota substantia
dissimili impeditur actio, non læsa facul-
tate. Tu obieuebas facultatem non lædi
quia cum ex Galeno, 1. De simpl. Med.
facult.

facult. & in lib. de plenit. fit effectus, cau-
 sa functionum non realiter differt ab a-
 nima: vnde sicut anima nec intenditur,
 nec remittitur, ita nec facultas. Ego
 huic friuolæ obiectiōni sic respondeo.
 Anima cū sit substātia vna, & simplex
 & ex se indiuisibilis, non habet plures fa-
 cultates, sed vnam tantū, qua indifferens
 est ad omnes obeūdas operationes. Hęc
 communis autē facultas ad hoc, vt fiant
 determinatæ operationes debet limita-
 ri, contrahi, & restringi certo quodam
 modo. Restringitur autem, limitatur &
 cōtrahitur in partibus similaribus à pro-
 portione formarum elementorum, & à
 complexione ipsa, verbi gratia, sanguifi-
 catio est functio determinata, quæ fit à
 facultate communi animæ, sed contra-
 cta in iecore à proportione formarum
 elementorum constituentium iecur, &
 ab eiusdem complexione. Vnde facul-
 tas sanguificatrix est facultas anime cer-
 to modo contracta in iecore à determi-
 nata cōplexione iecoris, & statuta pro-
 portione formarum elementorū, quā
 solus DEVS cognoscit. In morbis igitur,

quando Galen. & alij authores aiunt lædi facultatem, non intelligunt, facultatē illam communem animæ, quæ est indifferens ad omnes operationes, sed determinatam à conditionibus partiū, quatenus læsio fit in his conditionibus, quæ lædi possunt: vt, læditur facultas sanguificatrix, quando mutatur complexio iecoris, & tunc fit, facultatem communem animæ non bene restringi, & limitari ad sanguificationem. Simili rem doceo. In materia prima est potentia vna simplex, & cōmunis, quæ est indifferens ad suscipiendum omnes formas. Est etiam alia potētia determinata, & particularis, quæ tota pender ab agente extrinseco diuersimodè disponente determinata ad formam hominis. Illa prior potentia sequitur essentiam materię, estq; inuariabilis, incorruptibilis: alia verò accidentalis, cū oriatur ab extrinseco agēte, & corrumpatur. In morbo ergo, quando affirmavi facultatem lædi, intellexi facultatem nō communem animæ, sed determinatam ratione comparationis corporis subiecti. Instabis: quòd dixerim lædi actionē quando-

quandoq; non læsa facultate. Apud doctos Medicos adeò est hoc apertum, vè probatione non egeat: vnde rogo te, vt magna diligentia, nò superficialitè, & in cortice legas i. cap. 3. de symp. caus. q̄a hoc capite intellecto, omnis prorsus cessabit admiratio: verùm quia te magnoperè diligo, rationem vnã afferam atq; ni fallor, demonstratiuam probantem lædi actionem, non læsa facultate: sæpenumerò accidit partis cuiuspiam lædi functionem, nullo existente morbo in parte. Tunc quæro an lædatur actio læsa facultate, necne? Primum si dicatur, Galenus est in contrarium, qui loco iam adducto dicit euidentissimè, quòd tunc lædatur actio læsa facultate, quando morbus est in parte. Si dicatur secundum, ergo habetur intentũ, quòd lædatur actio non læsa facultate, tuncque dicitur actio lædi ab externo quopiam, cùm non lædatur pars, cùm non sit morbus in parte, veluti quando nulla existete in cerebro intemperie, vel mala compositione, vel soluta vnitare, delirium propter præsentiam melancholix obtenebrantis spiri-

tum, veluti quando nullo morbo obfidente ventriculum, læsa est coctio ob nimiam copiam alimenti.

Quantum attinet ad putredinẽ multa scribis, quę aliena mihi à proposito ita videtur, vt quasi arbitratus fuerim ea nõ mihi, sed alteri fuisse conscripta. Affero ego & docti viri in hoc meam sequuntur sententiam, putredinem esse corruptionem mistorum, in quantum mista sunt, oppositam generationi mistorum vt mixta sunt: vnde sicuti in generatione calor dominans passiuus congregat, & vnit simul humidum & siccum ita ex opposito in putredine calor non debet dominari, id est, calor debet diminui. Diminuitur autem calor mixti in putredine ratione quantitatis & gradus.

Ratione quantitatis à calore ambientis aëris, vel aquę extrahentis calorem mixti à centro ad circumferentiam. Ratione gradus, à frigiditate interna mixti. Nam dum incipit calor mixti quantitate igniri, frigiditas interna mixti augetur, & intenditur, quę postea ratione cõtrarietatis agens per se in calorem, qui quanti-

tate

tate diminuitur à calore ambientis ipsū,
 quo ad gradū remittit. Vnde Aristote-
 les concludebat, putredinem esse com-
 munem passionem frigiditatis internæ,
 & caliditatis externæ. Calor autem am-
 biens, dum agit in mixtum, hoc calefa-
 cit, attenuat, & rarefacit: quo attenuato
 & rarefacto extrahit postea calorem mi-
 xti à centro ad circumferentiã. Ex hoc
 sequitur spiritum non putrescere, quia
 ex Galeno 12. de ratione med. dum im-
 modicè attenuatur, & rarefit, corrumpi-
 tur, & euanescit. Benè dixi, aliam putre-
 dinem dari, minùs propriè dictã, quàm
 propriè, id est, peculiatiter dixit compe-
 tere Aristot. iis, quæ secundum partem
 corrumpuntur, elemētis videlicet, igne
 excepto. Nec aliud est hæc putredo, quã
 recessus à naturali cōstitutione; siue dis-
 solutio mixtionis in elementis igne ex-
 cepto. Est hæc putredo, quando recedūt
 à naturali constitutione ob admixtionē
 alienæ substantiæ. Si capiatur putredo
 hoc modo, potest concedi spiritum pu-
 trescere, quando discedit à naturali suo
 statu, vel ratione alterationis, vel ratione

admixtionis malorum vaporum: sed hæc putredo nō est illa ratione cuius fit contagium, quia in hac fit solutio mixtionis. Obiiciebas tandē vir excellentis, quod contagium semper lædat operationes labefactata facultate propter intemperie calidam introductam à contagio. Hoc argumento. Res putrida quatenus putrida, dum agit in aliquam rem, alterat & vitiat temperamentū rei illius, quia putredo per se est intemperies vitiosa, & cū per se putredo sit intēperies calida. Ergo res putrida, quatenus putrida semper calefacit. Atqui contagium est res putrida, nec agit, nisi vt est res putrida. Ergo partes semper calefaciet. In hoc argumento multa sunt ponderanda. Primò illud, quòd putredo sit intemperies calida. Id est contra Aristotelem, qui definiens putredinem, dicit hanc esse corruptionem, & diminutionem caloris. Si est diminutio caloris, quomodo dicitur à te intentio caloris? præterea quomodo dicitur contagium res putrida? Aduertas, non dici rem putridā, quia in se habeat actu putredinem, eo quòd actu existente pu-

te pu-

te putredine dissoluta est mixtio illius rei, vel incipit fieri, sed dicitur res putrida, quia oritur via putredinis, & quia habet vim putrefaciendi. Est enim contagium vapor fortiter cōmixtus, cūm contagium sit vapor, habet vim calefaciēdi, quia ex Aristotele in Meteor. vapor est halitus seu exhalatio calida & humida, & ipsius est calefacere. Quod concedo. At nego, quod agēs in corpus semper de facto introducat morbum calidum: idq; sic probo: sit aliquod corpus debile, & languens, occurratq; inspiratione attractus vapor pestilens maximè venenosus. Dico quòd vapor hic venenosus citius interficiet hominē illum ratione venenositatis, quàm introductus sit morbus calidus in solido corpore cordis. Ecce quòd in contagio non est necessarium, vt lædatur facultas ob intemperiem calidam: sed cōcesso, quòd contagium introducat semper morbum calidum, dico etiam quòd semper lædatur actio dupliciter: vno modo, labefactata facultate ob intemperiem calidam introductam. Alio modo, ob externum erratum, ob

præsentiam contagij, quod ratione venositas, & à tota forma impedit, quo minus pars rectè operetur, sicuti adamas qui iuxta positum magnetis ratione formalis antipathix impedit, quo minus ferrum ad se alliciat.

Quæris de morbis à tota forma, nunquid dentur: & si dantur, nunquid methodo possint curari? Ego constanter affirmo, hos nō dari, quod probo sic: Si datur morbus à tota forma, vel in hoc corrumpitur forma, vel intenditur, vel remittitur: si dicatur corrūpi, vel corrumpitur secundum partem vel secundum totum. Primum est absurdum: quia ex se forma est indivisibilis, & tota simul momento temporis corrumpitur. Si secundum dicatur; Ergo omnes morbi à tota forma essent incurabiles, quia aliàs daretur regressus à privatione substantiali ad habitum contra philosophos: omnes enim hos esse incurabiles negant, qui eosdem sustinent. Nec possumus dicere formam intēdi vel remitti, quia cū consistat in indivisibili, nec intenditur, nec remittitur, seu diminuitur. Ecce ex rei na-

rei natura ostendi hos non dari. Assumo tamen dari, causam præter naturã agentem à tota forma propter dissimilitudinem formalẽ: sicut pleraq; venena mortifera, quæ cùm nobis à tota forma sint dissimilia, dum ingrediuntur corpus, agunt in cor, & impediūt, quo minùs cor generet spiritum vitalẽ, & quatenus impediunt ob formam dissimilem, dicuntur agere à tota forma. Remotio talis causæ agentis à tota forma fit, inuentis auxiliis, & recta ratione administratis. Non inueniuntur auxilia methodo, & indicationibus, quia latet forma illa, ratione cuius oritur illa dissimilitudo. Nam Galen. lib. de opt. sect. ad Thrasibul. & 2. de ratione med. inquit, Indicationem desumi ex rei indicãtis natura, & essentia, intellectui perspecta. Quare pro inueniendis auxiliis cogimur cõfugere vel ad experientiam, vel ad analogismum. Postquam inuenta sunt auxilia, vel hac, vel illa via, concedo quod recta ratione, & ex methodo possint administrari. Sic in cõtagio Gallico inuenitur illud antipharmacum, quod appellatur lignum Indicũ

experientia. Guaiaco per experientiam inuento, postea methodo fit recta administratio, quæ consistit in quanto, quando, quomodo, ubi, &c. Hæc sunt, quæ mihi visa fuere digna responsione & quæ, ut tibi morem gererem, volui in medium afferre. Interim rogo te, ne prius respondeas, quam sedulo à te lectum sit caput illud Galeni, & rei natura considerata. Vale. Patauij 1576.

Thomas Erastus Hieronymo Capouaccio, S. D.

MAGNA verò me voluptate affecterunt literæ tuæ, vir doctissime & clariss. partim quòd me à te amari perspexi; partim quòd in plerisque disputationis nostræ capitibus idem nos sentire, tametsi non iisdem verbis utamur, cognoui. Quanti prius æstimem, non facile dixerim, cum minimè ignore, quantum sit bonum viris principibus placuisse. Cæterum inter principes Academix vestræ te partes nequaquam postremas tenere, iam olim sciui, nec minùs amorè tuum erga me tum ex adolescentum, quos tibi com-

bi commendâram literis, tum ex tua ipsius epistola didici. Postremò illud mihi veritatis cupido non potest non esse gratissimum. Quid enim magis optè, quàm tanti viri iudicio rectè statuere de rebus controuersis? Equidem si quid est inter nos dissensionis, id in eo potissimū consistere arbitror, quòd non eodem modo loquimur, iisdemq; verbis animi cogitationes nō exprimimus. Equidem quòd morbum nullū formaliter, vt tu loqueris; vel quo ad morbus est, sicut ego dicere soleo, contagium, aut contagiosum esse dicis, omnino probo, nec ego diuersum vnquam aut dixi, aut scripsi: semper enim contagium affirmavi accidens esse certorum morborum, ad essentiam morbi, quo ad morbus est, non pertinere. Quin imò nec breuitas, nec acuties, & tarditas, seu diurnitas ad morbos, quo ad morbi sunt spectant, sed accidūt hæc & alia plura, certis quibusdam morbis. Ergo, quod tu causaliter & concomitanter adesse nonnullis asseris, hoc ego iisdem aio accidere. Quod etiã contagium tu vocas seminarium; ego autem

qualitatē, quæ à seminario vnà cū morbo in corpus inducitur, nomino, discrepantes sententias non defendimus. In eo arbitror inter nos aliquid esse differentiæ (si tamē serio mecum hæc in parte agis, & non potiùs meam sententiam expiscari studes, quod & nuper me suspicari ostendi) quòd actionem lædi affirmas instrumēto non læso. Idem namque in hoc loco Galen, quē citas, quemque bis repetita petitione diligenter vt legam, rogas, significat, nomen *δυνάμειος* seu facultatis, quod instrumenti dispositio denotat. Quippe facultatem lædi apertè ait, quoties vel temperies ventriculi, vel organica eius dispositio (sub his etiam vnionem complectitur) vitiatur. Ego certè locum hunc sæpè & in natiaua Galeni lingua & in Latinum sermonem conuersum minimè oscitanter perlegi; sed quòd mecum pugnaret, intelligere nunquam potui. Fateor si quis verba potiùs, quàm mentem spectet: videri tale quid asserere; nempe actionem aliquam sine vitio facultatis seu instrumenti aliquando lædi; sed aliter rem habere firmissimè

missimè demonstrabo. Demonstratio-
nis nostræ fundamentum & propositio-
nes hæ sunt. Corporis nostri actio nõ est,
quæ à nulla eius parte efficitur. Corpus
nostrum suas omnes actiones bonas pa-
riter, & malas per partium dispositiones
conuenientes & inconuenientes exer-
cet. Dispositio naturæ congruens sani-
tas; incongruës, morbus nominatur. Sa-
nitas porrò est affectus naturalis actio-
nes primò producens bonas, & laudabi-
les. At morbus huic contrarius est affe-
ctus, actiones primò lædens, seu malas &
culpabiles proferēs. Quocirca cùm cor-
poris nostri actiones omnes vel sint bo-
næ vel vitiosæ, (de neutro non est, quod
litigemus) necessarium est, vt illæ à sani-
tate, hæ à morbo per se, & primo profi-
ciscātur: & hætenus omnia sunt ita cer-
ta, vt à nullo Medico & Philosopho in-
dubium sint vocata. His stantibus im-
possibile esse aio, vt actio aliqua nostra
(de illis agimus, quas anima non absque
instrumento corporis exercet) lædatur,
illæso permanente instrumento, à quo
illa primò & per se editur. Quippe actio-

nes omnes primò eduntur à sanitate & à morbo; à sanitate sanæ, à morbo vitiosæ tanquam à causis proximis. Sanitas autè & morbus sunt affectiones corporis animati. Quamobrem necessarium est, vt omnis actio læsa vel à sanitate, vel à morbo primò pendeat. Nō à sanitate. Nunquam. n. sanitas comitantē affectū morbi actionem producit, id est, morbi propriam. Dictum verò est, culpabilem actionem, morbi proprium esse effectū. Quocirca vel non erit actio deprauata, corporis nostri actio, vel à morbo, vt à prima & proxima causa ortum habet: si actio corporis nostri non sit, nihil ad nos pertinet: si esse cōcedatur, necessarium est, vt vel causa careat, vel à morbo primo sit edita: sine causa actionē aliquam dari, non est imaginabile. Quare morbū habet causam. Instrumentū igitur, à quo editur, morbo affectum est tunc, cū non agit laudabiliter. Repeto breuius: Omnis actio corporis nostri praua & incongrua procedit à morbo per se & primo, quod morbi definitio ab omnibus omnium ætatū Medicis & Philosophis probata

bata demonstrat. Ergo omnis actio praua & incōgrua corporis nostri ab instrumento præter naturā affecto procedit. Quippe morbus nihil aliud est, quā talis affectus animati corporis. Quod porro præter naturam affectum est, læsum est. Nulla igitur actio læsa fingi potest ab instrumento secundum naturam habente processisse. Conuertitur bona definitio cū definito. Si ergo morbus, id est, quod solū & primò lædit corporis nostri operationes, certum est, læsam actionem omnem primo à morbo effectā esse. Sanitas certè sic se ad morbum habet, vt actio bona ad malam. Ergo sicut non potest actio bona esse mala, nec mala esse bona; ita nec sanitas potest esse morbus, nec morbus sanitas. Si ergo sanitas poneretur producere actionem malā, concedi etiam oporteret sanitatē esse morbum. Quoniam opere & potentia definiuntur hi affectus, nec alia est illorum substantia, quæ propter operationem & finem certum facta sunt, quàm eorum operatio, vt sæpè docuêre, tum Galenus tum Aristoteles. Idcirco cū non possit

fanitas esse morb^o nec opus morbi proprium efficere potest. Hic addo hoc etiam, si tua hypothesis valeat, vel saltem Galeni verba sic accipiantur, ut tu exponis, totam methodi medendi; maximè autem eam, qua inuenire docemur locum affectū, euerti. Nam Galen. in lib. de loc. aff. in fine secundi asseueranter hoc huius methodi principium statuit. Nullam actionem leđi instrumento eius non læso. Hoc, inquit, principium est *τὸ μηδέποτεν βλάπτειναι μηδεμίαν ἐνέργειαν ἀνευ τοῦ πιπνυθέναι τὸ ποιῶν αὐτῷ μόριον.* Satis opinor multis demonstraui propositum. Si hoc loco ex me quærat aliquis: Num secū pugnet Galenus: dum expressè cōtraria videtur affirmare? A se dissentire negabo; & neq; difficilem, neque obscuram esse cōciliationis rationem affirmabo. Quæ igitur est conciliatio? Etsi dicere vel existimare aliquis posset, Galenum hoc in loco nempe cap. 1. lib. 3. de sympt. causis, dispositionem, quæ a causa vel re externa tota adhuc pendet, nondum pro morbo censere, atq; ob id eas solū dispositiones morbos appellare, quæ im-
 pressæ

pressæ iam sunt membris: non tamen ea
 mihi satisfacit responsio, tametsi ex ipsis
 textus verbis argumenta aliqua cõstrui
 valeant id ipsum confirmãtia. Verior est
 illa responsio, quam in superiori epistola
 attigi: Eum hîc nos voluisse docere, dis-
 cernere actionem ab opere, quarû diffe-
 rentiam non vno in loco docuit. Intelli-
 git ergo per symptoma non ipsam tantû
 actionem, sed etiam opus, ac si isto mo-
 do dixisset. Frustratæ coctionis causæ
 duæ sunt: vna, vitiû facultatis, seu instru-
 menti: altera, obiectum inconueniens;
 quando instrumentum vitio laborat, co-
 ctio non fit, tametsi obiectum culpa va-
 cet, quia actio ipsa tunc est læsa (causa nõ
 est in obiecto) cùm autem actio integra
 est, ac nihilominùs finem non assequitur
 causa est in obiecto. Notandû est quòd
 nõ idem sunt ἀποτυχία πέψως, id est, coctio-
 nis frustratio, & ἡ βλαβητῆς πέψως, id est, co-
 ctionis vitium. Multi enim rectè & secũ-
 dum naturam agentes sine tamen fru-
 strantur. Sic & ventriculus, cùm obiectũ
 habet incongruum, licet pro viribus suis
 agat in ipsum, frustratur tamen sine suo,

& generatur opus præter naturã, quam
 uis actio eius nõ sit læsa: sic ignis nõ pro-
 pterea virtutem inflammandi nõ habet
 illẽsam, quòd saxa & aquam in flammam
 non vertit; nec ideò magnes nõ agit pro
 naturæ suæ modo, quia ferri nimiũ pon-
 dus, aut alia metalla ad se non pertrahit.
 Nõ actiones horum corporum sunt de-
 prauatæ, aut vitiatæ, cùm ista sic eueniũt;
 sed obiecta non sint idonea sic pati. Ex
 his patet, quomodo symptomata seu
 frustratæ actiones fiant (id est, quãdo vel
 crudi vel prauis humores nonnunquam
 in ventriculo generantur) actione ven-
 triculi secundum naturã habente. Hinc
 autem nullo pacto efficitur actionẽ par-
 tis alicuius esse læsam parte ipsa nullo
 morbo laborante. Aliud enim est actio-
 nem lædi, & aliud opus aliquod præter
 naturam oriri. Non enim semper est læ-
 sa actio, quæ finem & scopum non asse-
 quitur. Hæc vera est huius rei declaratio
 vt ex lib. 1. de loc. aff. cap. 2. 3. 4. constat:
 (Capite tertio inter calūniatores nume-
 rat docētes, actionem interdum lædi in-
 strumento non læso. Deinde 4. cap. palã
 asserit,

afferit, cibos in aliquibus non esse concoctos, tametsi vētriculus haud quaquā fuerit affectus, neq; etiam id, quod ad ipsius rationem pertinet, circa actionem errauerit, & quæ sequuntur) perspicere licet, vt alia testimonia præteream. Quare etiam rationem tuam ex hoc loco exortam, necessarium est corruere. Nisi enim aliter quàm verba sonare videntur, interpretentur, à nullo mortaliū vindicari à contradictione poterit Galen. quin & grauissimi erroris reus conuincetur, nisi artis nostræ principia labefactare quis velit.

Quod de magnete affers, eū propter præsentiam adamantis ferrum nō attrahere, id ego periculo sepiùs & in optimo & in mediocribus factò, falsum reperi. Vt experirer mouit me Conciliator qui tot retrò annis imò seculis huius rei veritatem aperuit. Clarius item hoc demonstrauit Dominus Cantias ab Horto Indiarum proregis Medic. in lib. de aromatis & simplicibus aliquot medicamentis in India nascentibus. Astipulatur experientiæ ratio. Nam affectus naturales

per occultam alterius diffensionem nō tolluntur, teste vniuersitate tota rerum, alteratione & mutatione inducuntur & auferuntur naturales dispositiones, cū ex certa mixtione corrigantur & ea non mutata minimè abeant. De putredine pauca dico, quia decreui hanc rem accuratè & fusè tractare. Haud scio interrim an satis rectè putredinem, quàm Aristoteles propriè sic nominari scribit, impropriè sic nomines, & in ea mixtionem dissolui apertè neges. Equidē verba hæc Aristotelis *χωρηθῆναι τῆς φύσεως* non significāt solūm à natura sua discessum, qui per alterationē, aut alienæ rei admistionem duntaxat fiat, sed ipsius naturæ destructionem. Putrescentia quoq; cur nunc seipsis calidiora effici neges, non intelligo, cū nuper hoc argumento conatus fueris probare, spiritus non putrescere, quia calidiora oporteat fieri, quæ putrescunt. Ego tum respōdi distinguendum esse inter participatum calorē, & quem res quæq; ex suo temperamēto proprio obtinuit. Scio enim & totam naturam probare, calidiora seipsis effici putrescētia,

nã, ab aduētito calore: & Aristotelis ef-
 se verba hæc: θερμότερον γίνεται σιτόμενον ἄπαν. id
 est, calidius fit quicquid putrescit. An
 non idem hoc de finitio putredinis effi-
 cit? Frigidiora quoq; fieri non inficior, si
 de innato calore intelligamus dici, sed
 & putrefacta calore putrido dissipato
 frigidiora esse, quàm ante putredinem
 fuissent, nihil fortè prohibet: probo &
 laudo, quòd contagij seminarium putri-
 dum vocari ais, quia & à putredine ortū
 fit, & putrefaciēdi potentiam in se con-
 tineat. Morbum totius substantiæ dari
 inficiaris vnà mecum, & ratione probas,
 quæ aduersus illos plurimum valet, qui
 totius substantiæ morbum dicunt esse
 morbum formæ. At neq; omnes eodem
 modo de tota substantia loquuntur, nec
 iidem eadē semper hac de re proferunt.
 Quid Aristoteles & Galenus totam sub-
 stantiam censuerit esse, tibi viro doctissi-
 mo compertum esse arbitror. Quare ni-
 hil hîc amplius addo. Ad extremum te
 vir clariss. mihiq; summa obseruâtia co-
 lende, etiam atqui etiam rogo, ne putes
 me vllius rei gratia tecum differere dei-

ftis rebus, quàm vt abs te ficubi fortè exorbitem in viam reducar, & magis exercear.

Quamobrem tantū abest, vt mea re-
felli nolim, aut reprehēdi animo iniquo
patiar, vt summū in reprehendendo co-
natum maximi beneficij loco & habeā
semper & habiturus sim. Si enim iustè
accusor, rectius institutor & doctior fio:
sin iniustè, tamē exerceor & res plenius
comprehendo, in qua sententia magis
confirmor: & quia sentio me ex mutua
collatione plurimū profecisse, & ago
& habeo tuæ humanitati gratias, dū re-
ferendi facultas detur, &c. Vale.

D. Iohan. Cratoni à Kraftheim, &c.

Arragosius Gallus S. D.

SINE vlla verborum grauitate rei ve-
ritatē ex vniuersali methodo sub pla-
na serie, quantum potero, explicare co-
nabor, vt extractum è sena sub quo in ge-
nere reliqua etiam simplicia cōprehen-
di posse existimo, cui Theriacā subiun-
gis, sub cuius explicatione alia quoq; cō-
plectar, composita. Intellego autem ex-
tractum

tractum esse nomen æquiucum ac generale, significans quicquid à subiecto quouis extrahi potest. Est autē illud vel terreum, vel aëreum, vel igneum magis, vel ex iis inæqualiter, vel equaliter compositum à symmetro. Ac quod terreum est, subiectū est tincturæ seu coloris. Color autem qualitas est, eius verò qualitatis subiectum est substantia. Hæc autem substantia, si omninò ab aqua separata fuerit (quod esse non potest, nisi in solida massa) in aqua postea posita fundum petit. Si verò ab aqua soluatur, vt facilè fit, per omnes sui partes minimis aquæ partibus communicabitur, & fiet cum aqua vnum corpus, tinctū suo colore pro natura simplicis, quæ vt diuersa est, ita diuersos colores profert. Nam sena, rhabbarum, citrinū, agaricum, & alia varia varios colores producunt. Aquea verò substantia est aliud extracti genus, quod variis modis extrahitur, pro ingeniorū, instrumentorum, & commixtorum modo. Hæc aquea substantia continet in se humidum spirituosum. Sunt autem spiritus illi per vniuersam aquam dissemi-

nati, qui saporem in gustu efficiunt, vel falsum, amarum, acrem in calidis; vel acerbum, austerum, acidum in frigidis; & dulcē qui medius est, quo animalia propriè aluntur, & sunt spiritus illi materia gustus propria, à Græcis *χυμὸς* appellata, quæ natura ipsa in omnibus plantis producit, ut in aqua vitæ, aceto, & succo limorum, & aliis multis manifestè percipitur. Tertium extracti genus est aëreū igneum, quod oleum est, & olei naturam habet. Natat enim super aquam, si à sua terra exactè separatam fuerit, & pro natura, & rei facultate siccat vel humectat. Ignea verò facultas per se alioqui non extrahitur. Nam proprius ipsius locus est aër, quo alitur, & à quo conseruatur. Habitat quoque; facillè in terra sua prædicta cum suo humido oleaginoso, etiã aqua separata. Hæc tria extractorum genera in omnium stirpium natura esse puto, & in omni animãte, quatenus auctorem ex nutritione recipit. Sed aëreum igneum in omnibus simplicibus ex æquo non apparet. Nam à frigidis vis extrahitur, nisi sit ex semine, in quo maxima vis ignea deli-

delitescit. In floribus verò maximè aërea, quæ per incrassationem in terra propria in igneam attenuando arte conuertitur, & transmutatur, sicuti per naturam elementum aëris in ignem mutatur. A foliis verò calidorum, vt saluia, rorismarino, thymo, perbellè extrahitur. Quia in iis calor sub cortice & totis fibris spermaticis abundè delitescit. Atq; hæc extracta singula homogenea esse intelligo, quæ cum extrahuntur à multis fuliginosis heterogeniis implicata rectè emūdari necesse est. Hæc itaq; contenta sunt in omni vegetate, qua nutritur & augetur, reliquum verò continens appello, quod est natura spermatica concreta, & in formam propriam adaucta, quæ sola per nutrimentū augetur, ac in discretionem conseruatur & manet. Quæ verò extrahuntur à materia, alimenti alterati & cōmutati sunt, & ideò augeri nō dicuntur, sed vti ingressa sunt per compositionem; ita cōtrario modo egrediuntur per resolutionem. Quamobrem vbi prægnans est forma sua materia, & debita coctione, ab elementis & Sole præmatura, (quæ

maturitas perfectionis est genus) tunc
 substãtia illa triplex est ingeniosè extra-
 henda. Quomodo autem hæc singula
 extrahi debeãt, tibi Philosopho, qui hæc
 optimè nosti, non dico; sed si aliũ quem-
 piam philosophantem instruere vellem,
 ad naturæ principia illum remittens, ta-
 lia ei proponerem ex natura, quæ ad ar-
 tem ipsum facilè deducerent. Materia
 prima cum qualitatibus quatuor, ac vi
 formatrice elementa quatuor constitu-
 unt, à quorum diuersa permixtione, di-
 uersa temperamenta fiunt, à quibus vir-
 tutes, facultates, pprietates, & affectio-
 nes tam à primis, quàm à secundis qua-
 litatibus, & à familiaritate substãtiæ pro-
 deunt. Fit autem hoc modo: Prima cau-
 sa dum in inferiora efficaces suæ lucis ra-
 dios influit, materiam primã supra cœ-
 los per *διγατανσάν* producit. Hæc autẽ ma-
 teria prima cœlos mouens ipsis cœlis &
 corporibus cœlestibus in sesquialtera
διγενής se cõmunicat, ac demum in cor-
 poribus cœlestibus alterata per *διγατανσάν*
 elementis sese insinuat, in quibus terræ
 viscera permeãdo illic inclusa duplicem
 halitum

halitum excitat. Ac frigido increffato ac densato rerum omniũ germina per minimas terræ & elementorum partes à mundi exordio diffeinata fuo influxu à qualitatibus & vi formatrice mouet. Hæc autem fingula per harmoniã à triplici illa proportionum fymphonia fuã vitam trahentia ex fimplici & infenfibili paulatim tandem cõponuntur, corpora induunt, & fenfabilia fiunt. Ac tali in vniuerfum ordine, vt primùm ex terræ refolutione lapides primo loco comparantur, fic ex quorum folutione metalla generantur, ex quorum etiam diffipatione vegetantia originem capiunt, à quorum corruptione animalia nutriuntur, & augetur, quorum omnium finalis caufa, vt præftantiffima eft homo, qui nõ à prædictis, fed ab extrinfeco, propriam formam capit, & à qua fumat motus principium ex prima caufa, quia homo reliquorum à prima caufa eft imago, & omniũ formas ipfe actu continet. Sunt enim eadẽ in homine proportionum vincula, quibus colligatur, quæ in vniuerfo reperiuntur. Nam mens feu ratio ita fe habet

ad irascibilem in sesquitercia, vt irascibilis ad naturalem in sesquialtera, & naturalis ad reliqua inferiora in dupla portione. Quibus in summa consideratis reliqua genera non omninò præmittens, de vegetatibus primùm & præcipuè ago. In quibus quomodo facultas & propriæ virtutes à natura genitæ & formatæ crescant, coquantur & perficiantur, & quomodo per artē extrahi debeant, demonstrare conabor. Dico itaq; quod vegetabile nō differt à lapide, nec à metallo materia, sed sola alteratione seu commutatione, qua talem partium tenuitatem & subtilitatē recipit, vt materia ipsa disponatur & apta fiat, ad formam vegetantem recipiendam. Est autem forma vegetans essentia quædam spiritus animati, qui calori agenti motus principium præbēs ex insensibili per accretionem formæ, & alteratione materiæ fit sensibilis. Spiritus. n. ille in loco elementorū quatuor conuenienti inclusus, germen dicitur, quod est veluti fermentum inter pastam ipsam elevans, & veluti semen maris in sanguine menstruo,

struo, sed nec semen, nec fermentū germen est, sed vis contenta in materia elementorū quatuor, qualē dixim⁹ esse vim formatricem in materia prima. Sunt autē germina principia, q̄ ab ipsa materia elementis quatuor fixa & fluente pendent, & ab illa formatrice è potentia in actum continuò educantur. Vnde arbores & omnis generis plantæ germinant & oriuntur. Ac facultate naturali attractrice humorem sibi familiarem trahunt, retinent, alterant, & per varias mutationes formæ propriæ affigunt, & assimilāt. Est autem assimilatū non id quod alitur, sed id quod est simile rei, quæ alitur. Alitur autem inter elemēta solus ignis, reliqua tria sunt ignis materia & pabulum. Ab igne verò forma, vt à propinqua materia alitur, conseruatur, ac crescit. Quæcunque igitur per nutrimentum formā augent, & per hanc corpori assimilantur, hæc ipsius formæ naturam cum suis proprietatib. & virtutibus retinēt. Diximus tria esse, quæ extrahuntur; Erunt igitur hæc tria, quæ assimilata per nutritionem fuerunt, diuerso tamen modo. Primum

est terrea substantia, quæ subiecti facultatem in sui profundo, veluti in centro continet. Est autē illa facultas, siue purgatrix sit, siue à qualitatibus, aut à quavis proprietate pendens, sicuti flamma in ligno, aut calor in carbone incēsus. Nam à profundo extenditur in superficiem, ac facultas, quæ est in superficie, ita differt ab ea, quæ est in profundo, vt flamma, aut caloris superficies ab ipso calore in carbonis candentis tactu. Ob id volūt quidam in sena & aliis multis esse duplicem facultatem, alteram in superficie, alterā in profundo, quamuis reuera non sit, nisi vna, sed quoniā superficialis pars à quocunq; dissolvente facilè extinguitur, & separatur. Ideò quæ est in profundo sola remanet, quæ cū extrahitur, aliqua ex parte minuitur. Vnde fit vt cū sena, aut aliud medicamentum in aqua infunditur, si leni calore soluatur maior erit vis extracti per expressionem, quia vtraque pars in extractione conseruatur sine dissipatione; sed non aberūt etiam flatus, qui vt plurimum superficialem facultatis partem sequuntur. Non enim
 ea, quæ

ea, quæ in circumferentia sunt ad eò ex-
coquantur, vt quæ in centro. Illud in se-
na quotidie manifestè comprobatur.
Nam in simplici infusione sine coctione
tormina fiunt à flatibus, etiam si maior sit
vis purgatoria. Vbi verò sufficenti feruo-
re coquitur, nulla facit tormina, sed sua-
uius ac tutius; minus tamē purgat. Idem
fit ex rhabarb. & scammonæa, vt frequē-
ter nouimus, & aliis quoq; simplicibus
pro natura rei diuerso temperamēto, &
maiori aut minori coctione. Et hæc de
terreo in simplicibus sufficiunt. Eadem
quoq; erit compositorum ratio, veluti in
Theriaca, vbi rectè fermentata fuerit.
Nam vbi per feruorem caloris natiui &
elementaris in suo humido conuenien-
ti singulorum simplicium formæ à pro-
pria materia decidunt, fit omnium vna
forma in vna materia confusa, ab ipso o-
mnium calore ordinata, donec humidū
& siccum patientia ab agente calore co-
pulata, commixta, contēperata, & in vnā
solam formā determinata fuerint, quod
sine fermentatione fieri non potest. Est
autem fermentatio partium terrearum

à spiritu aëreo humido dissolutio, & huius spiritus cum partibus terreis concretio, quæ per feruorem fiunt. Vnde fit in Theriaca nouæ formæ generatio ex multarum formarum corruptione, nõ secus ac in ventriculo animalis ex solutione partis nitrosæ & falsuginosæ cibi & potus varij generis à spiritibus humidis à calido innato ordinatis. Vnde fit noua generatio, cum ex tali feruore in terreæ substantiæ dissolutione spiritus concrefcunt, & extrahitur humidum utile aptum ad sanguinem generandum. Similis fit fermentatio in epate, vbi fit sanguinis generatio. Eadem quoq; in continenti seu partibus solidis, vbi fit assimilatio, & eadem prorsus, vbi ex triplici illa symphonia coctionum fit harmonia ad seminis generationem, & hæc est Hippocr. & Platonis fermentatio, quam ab acuto & falso fieri volunt, quæ singula nihil aliud sunt, quàm extractiones humidi vtilis actum iam assimilati ad formam corporis in singulis gradibus coctionis, & potètia ad relationem vltimæ formæ, quæ corpus ipsum perficit: & hæc omnia est extractio
 vnius

vnius materie & formæ in diuersis rebus
 in vnam per fermentationem cōcorpō-
 ratis. Et quemadmodum natura has ex-
 tractiones facit in omnibus corporibus:
 ita nos ipsam contemplādo, eadem iam
 a natura concreta extrahere conamur,
 non ad generationem sibi similis, sed ad
 restaurationem corporum, quibus con-
 uenit. Quanquam alia via in corporibus
 homogeniis ad generationem sibi simi-
 lis multa his præstantiora fieri posse no-
 uimus. Quæ cū aliò pertineant, aliò
 quoq; transferēda melius esse putamus.
 Vbi itaq; Theriaca rectè fermētata fue-
 rit totum assimilatum æqualiter vnifor-
 mæ commixtum æqualiter a docto arti-
 fice extrahetur, atq; ab omni heteroge-
 neo prorsus separabitur, manetq; sex vi-
 cibus exhausta, & Theriaca ab omni for-
 de suam actionem impediēte spoliata
 integram sui facultatem retinens, & ci-
 tius, facilius, & minori copia exactius
 corpori suas vires communicans. Qui-
 bus autem mediis hoc assimilatum ex-
 trahi debeat, philosophantem ad Aristo-
 telem remitto. Quæ enim a calido con-

creta sunt a frigido secundum naturam soluantur. Erit ergo aqua huic artificio rectè accommodata, quæ quãtò purior, & tenuior fuerit, eò faciliùs dissoluet, calidiorq; attrahet; qualis est aqua vini: sed ob spirituum caliditatem plus etiam de facultate extracti in separatione secũ abducat. Aqua verò communis ob longam moram in igne lento, aut breuem moram in vehementiori calore idẽ efficiet. Ergo prudens Artifex primo loco in extractione finem ex sua intentione considerabit. Si enim a medicamento humorem melancholicũ purgante affimilatum extrahere velit, aquã stillatiuã scolopendriæ, capillorum veneris, borraginis, aut his similem capiet, infundet igni lento cõtinuo, cum dexteritate patienter reget, ac vasis & fornacibus accommodatis aquam (separato primũ heterogeneo) leniter separabit, extractumq; in loco apto & conuenienti ad vsum seruabit. Eodem modo consideranda sunt reliqua terrea assimilata, quæ a quouis simplici aut composito extrahuntur. Aquea autem substantia quomodo

modo in cōcreto corpore gignatur, non est exigua consideratio. Non est enim aqua, quæ in corporis nutrimentum vertitur, quia nec elementum simplex nutrit, nec aqua est vlllo modo corpori assimilata; sed est vehiculum humoris saluginosi & nitrosi, qui in aqua ad radices vegetantis soluitur, & per aquam ad omnes ramos deportatur, quibus diu inhaerens soluitur, & coquente assimilatum, spiritus assimilati toti aquæ inspersi sunt, qui si arte & ingenio ab hac aqua separētur, aqua remanet in sua natura rursus insipida, veluti in aqua ardente, & aceto distillato frequēter vidimus. Ex vna enim aquæ libra, quantumvis rectificata, & tota ardente vix 3 s. spirituum concretorum extrahis, reliquum verò aquæ insipidum est, vti simplex aqua in sua natura. Non est igitur aqua pluuiialis, aut alia, cuius auxilio vegetantia crescunt, corpori assimilata, sed aqua est humoris terrei vehiculū, q̄ humor ab elemētis quatuor cōcretis familiaritate quadā in nutrimentum transit, & hoc nutrimentum in coctionis perfectione est assimilatum

vnà cum suis spiritibus. Sed quoniam hi spiritus sunt maximè aërei, aëris verò locus est aqua, ideò ipsi aquam facillè sequuntur, eiq; insident, nisi in extractione ab igne violento comburantur, & è vasis non conuenientibus in aërem euolent. Vnde remanet aqua simplex sine spiritu, quo quotidie pharmacopole abutuntur. Præstaret uti simplicis decocto in quo assimilatū cum suis spiritibus propriam facultatem retinēs dissoluitur, & facillè si lento igne regatur, maxima vis simplicis retinet. Similis est error Medicorum in restauratio ex caponis destillato cum suis ingredientibus, in quo nihil qd̄ restauret dissoluitur, sola enim aqua cum cap. nutrimento sumpta ipsius spiritibus utcunq; alterata ascendit. Gemmę nō dissoluuntur, minus aurum; ex vegetantibus exiguum quid præstaret decoctum sumere, vel per se in balneo, vel cum aqua lento igne ad cōsumptionem. Sic enim assimilatum cum suis spiritibus extrahitur, in quibus duobus vis rei potissima cōsistit, & hæc de aquea substantia, quæ in vegetante & animante ver-

te versatur, cuius extrahēdi modos non describo, qđ partim vulgares sunt, partim experimento melius demonstratur. De aërea verò & ignea substantia, quę oleum est, nunc sermone concinnato hæc subiungenda sunt. Primùm quomodo ipsum in vegetante generetur à natura, deinde quomodo ab eodem per artē extrahi possit. Generatur oleum ex humido aqueo & sicco terreo, ex quibus fit aër humidus sicco temperatus, in quo humido habitat, & viuit ignis calid⁹. Unde omnia olea aërea sunt magis & minus de natura ignea tenentia pro rei natura, fitq; omne oleum in plantis & animalibus à natura hoc modo. Terreum illud fœluginosum, quod æstate præcedente exassatum est, tota hyeme sequenti per minimas calidi innati partes intro corporis delitescit, ac vere ineunte, vbi radices humore terræ imprægnantur, solis calor per omnes plantæ particulas hunc humorem attrahit & mouet, quo iam plurimū excalfacto, spiritus aërei p̄dicti in eo humore disseminati terreum illud soluunt, ac immediatè dunt

soluitur, hoc solutum sua frigiditate & a-
 strictione ipsos spiritus gelat, densat, re-
 tinet, fitq; ex iis duobus, nempe humore
 aqueo & terreo sicco de aërea substãtia
 in oleum per generationem transmuta-
 ta igneam naturam retinens in aërea re-
 clusam. Illud autem vnicuiq; etiã parum
 in extractionib. exercitato facilè patet.
 Nam si plantas quascunq; humidas acci-
 piat, veluti q̄ in locis maximè irriguis &
 umbrosis crescūt, & quæ per se valdè hu-
 midæ & frigide sunt, & oleum per artem
 ab iis extrahere tentent, oleum non in-
 ueniet. Pari modo nec à calidis, vt saluia,
 roris marino, & similib. hyeme collectis,
 aut aere valdè humido, & æstate humi-
 da, non præcedente calore, nisi parum
 admodum olei extrahetur. Omnibus
 autem anni partibus secundū naturam
 se habentibus mense Iunio & Iulio de-
 cuplum olei inuenies. Non enim gene-
 ratur oleū donec aqueo superfluo à ca-
 lore solis exhalato spiritus aerei cum ter-
 rea substãtia, in certa proportione con-
 ueniãt, & hæc duo opposita passiuà à ca-
 lore solis, & proprio in oleum determi-
 nentur,

nentur, simile oleū in omni animalium
 parte generari reperitur, sed diuerso
 modo, vt diuersum est animalium planta.
 Nam vbi sanguis excoctus fibris sperma-
 ticus agglutinatur & assimilatur, fit eadē
 olei generatio, & eodem modo ad cali-
 dum innatum per vniuersum corpus fo-
 uetur, à quo vniuerso decidit vniuersus
 halitus; qui in propriis vasis veluti anima-
 les spiritus in plexu retiformi per suorum
 vasorum anfractus elaboratur, & exco-
 quitur, ac in propriū locum delabitur,
 ad sibi similis procreationem. Est enim
 hoc humidum vtile ad propagationē ab
 humido vtili ad indiuidui conseruatio-
 nem extractum & assimilatum, seu factū
 simile rei, quæ alitur & crescit, quæ est
 forma propria in natura spermatica cō-
 creta in fibras, in quibus calidum inna-
 tum (quod non est generationi animalis
 posterius) proprium situm habet, & cuius
 vi semen perficitur totius animantis
 naturam retinens. Nam si ab animantis
 forma informetur absq; dubiō eius na-
 turam & formam producet, neq; existi-
 mandum puto, quod semē animalis im-

mediatè à sanguine generetur, & in eodem solo perficiatur, sed tum maximè cùm sanguis calidi innati impressionem in cētro propriæ formæ receperit. Tunc enim semē retinet impressionem superiorum & inferiorū, cùm partes intimas totius formæ ordine naturæ subiecit, & tunc semen formæ perfectionē recepit, cuius ortus in sanguine antea fuit. Sic itaq; patet, quod oleum in vtroq; genere ab iisdem & eodem modo per prædictorum elementorum corruptionē generatur, differūt tamē in natura, quantum differt genus à genere in doctrina motus & mutationis, vt in summis quatuor generibus perspicitur. Nam in generatione lapidis (vt à primo gradu incipiā, sola substātiæ mutatio ex forma terræ in formam lapidis percipitur. In generatione autem metalli eiusdem substātiæ, & præter hanc etiam qualitatis mutatio reperitur. In ortu verò vegetantium præter duas prædictas mutationes motus magnitudinis inuenitur, ac similiter in animalium generatione tres superiores, & præter has motus etiam seu mutatio loci con-

ei conuenit. Vnde sequitur, quòd forma vltima formas præcedentium in se continet. Nam animalis forma continet formam vegetantis metalli, lapidis & elementorum ex materia & qualitatis: ergo oleum ex animalibus subtilibus est, & magis excoctum, sicut etiã plures alterationes recipit, vnde etiam maiorem temperaturam habet, & à similitudine substantiæ nostro corpori magis conueniens, magisq; est anodynon, vt frequenter experti sumus. Vnde axungia oleaginosæ ferè omnes anodynæ. Pendent enim & exhalant à prædicto oleo, partibus solidis copiosè in animalibus natura frigidis, in quibus facilè concrefcit, veluti in calidioribus per insensibilem transpirationem euanescit, calefacit tamen magis, & minus p natura animalis. Hæc itaq; duo genera omnia oleum producant à calore solis & proprio. Alia verò duo genera lapis & metallum, quamvis in sua radice oleaginea sint: attamè iam formata oleum non gignunt, quia nutrimentum non accipiunt, & idcò non assimilatur illis quicquã, quia non crescunt.

In radice autem ubi metallum à duplici halitu gignitur, oleum copiosè resudat, si enim mineram ferri aut cupri in frustula conteras, & in vasculum conveniēs cum aqua apud ignem calore mediocri conicias oleum viscidū aquæ statim supernatare videbis, quod oleum resultat & oritur ex lapidis rarefactione, & spirituum mineraliū condensatione in aqua viscida cum ex duplici halitu in sulphure toto (hoc est, cōuenienti loco ad metalli generationem) metallum in saxo gignitur, antequam exprimatur roris vel pruinae modo. Existit enim vnumquodque metallū prius, quàm exhalatio concreta & fixa facta est. Estq; inquam in sua radice & tota substantia oleaginosum, quod metallum cum nutrimentū & augmentum non recipiat, calor mineralis, & radiorum solis ambiētis per continuā alterationem crudum excoquendo oleum deducit in perfectionem metallicā, cuius terminus est aurum. Imò auri propria materia est ipsum humidum sicco temperatum, in naturam metallici olei cōcretum. Cū autem rerum omnium
 ortus

ortus fit in humido per minima totius v-
 niuersi disseminato, ita vt nihil oriatur
 nisi ex hoc, veluti ex subiecta materia a-
 gente suo calido, qd̄ est ei motus & mu-
 tationis principium. Præterea cùm in o-
 mni corporum concretorũ genere nul-
 lum sit in quo copiosius, diutius, & me-
 lius hoc humidum inueniatur & cõser-
 uetur, quàm in corporibus homogeneis
 solidis & exquisiti temperamenti, dici-
 mus in auro huius humidi excellentissi-
 mi maiorem copiam, quam in aliis con-
 tineri. Nullum enim tam est homoge-
 neum, quàm hoc. Vnde ipsius tempera-
 mentum æquali elementorum propor-
 tione constare dicitur, & quoniam rerũ
 ortus est in ipso humido, quod ipsum est
 totius essentiæ sedes dicimus huius hu-
 mido defectum esse in singulis rebus in-
 teritum. Itaq; cùm ipsum humidum sit
 sedes vitæ, erit quoq; sanitatis sedes, er-
 go hoc humidum ab auro extractũ cor-
 pori humano rectè exhibitum erit præ-
 stantissimum sanitatis & vitæ conseruan-
 dæ & morborum expellendorum præsi-
 dium. Hoc enim intra corpus sibi simile

inueniēs ipsum amplectitur, fouet & auget. Augetur enim ipsius substantia à sibi conuenienti, & natura omninò simili. Auctum verò calidum innatum homogenea omnia in corpore congregat, heterogenea disgregat, & separat, morbos omnes curabiles expellens, & incurabiles moderando molliens. Ac in roborandis viribus præstantius est hoc humidū eo, quod ex cibo & potu elicitur, duplici ratione; Primò, quia natura in cibo coquendo multum agendo patitur, antequam hoc humidum vtile extraxerit. Deinde, quia quod extrahitur, est tantum ad reficiendum & restaurandum id quod deperditum est, & illud adhuc non totum excoctum, nec in vtile transmutatum, quia non constat homogeneis, & ideò semper aliquid diminuitur & deperditur de proprio, & heterogenea per corpus vagantur actiones impediencia. In hoc autem de quo hic agimus res non ita se habet. Non est enim hoc humidum corpori alimentum, nec simpliciter medicamentum, sed est de natura primogenea suæ originis, quæ ipsam naturam

reno-

renouare cupiens eam auget & conseruat, omniaq; in eo vtilia amplectitur, inutilia verò reiicit ac dissipat, ac quemadmodum languido igni ignis fortior additus, hunc non solùm excitat, sed maxime etiam roborat & accrescit, & magna fascis incēsa exigue candelę flammæ adiuncta multò præstantiorem lucem exhibet. Sic huius humidi calidum proprium calorem corporis natiuum nõ solùm excitat, sed etiam ipsum fluentē & fixum in toto corpore auget, cuius radij in singularū particularū fibris omnia inutilia ac superflua fugant, & partim per insensibilem transpirationē, partim qua naturæ commodius esse videtur, expellunt, fitq; sanguis purior, & totum corpus pulcrius expulsis heterogeneis & sanguine renouato. Vnde sequitur canitiem diutius retardari causa ipsius remota. Et hoc humidum esse puto, quod multi Philosophi appellarunt *Aurum Potabile*, materiam primam, aurum Philosophorum, argentum viuum, chaos, & aliis infinitis nominibus. Quomodo autē illud per artem extrahi debeat hęc scri-

bere desino. Neq; enim vt tam diuini o-
 peris artifex ad te scripsi, sed vt rerū veri-
 tatis in naturæ principiis investigator,
 argumentis & causis à primaria ipsarum
 rerum origine desumptis in summis cō-
 positotum generibus, extractū quid sit,
 & quomodo natura ipsum generet, & p
 artem etiam extrahi possit, sermone cō-
 tinuato demonstrare conarer. In summa
 tamen dicam de singulis quid sentiam.
 Ab animalibus & plantis oleum arte ex-
 trahitur per simplicem elixationē cum
 sublimatione in vase conuenienti. Fit
 autē à calore humido, à quo humor rei
 elixatæ exprimitur, & cuius principium
 à proprio calore non fit, sed ab aduenti-
 tio. A metallis autem extrahitur natura
 per assationem à calore crudo & alieno,
 ac per assati in proprio humido solutio-
 nem, huiusque soluti crudi in naturalem
 coctionem, donec perfectionem humi-
 di naturalis recipiat, in quo calor propri^o
 nutritur, & hæc est naturalis extractio.
 Arte verò fit ad naturæ imitationem, as-
 satur, soluitur, coquitur à calore pprio,
 qui est motus principium, & iuuatur ab
 externo

externo donec humidum proprio calore temperatum perficiatur, naturam superans, à lapidibus extrahi à natura, & in eis gigni non puto, nisi sit in sua radice metallo cōmixta, quia nec crescunt, nec assimilant, & horū natura est frigida sicca, sed arte extrahitur per affationem, affati solutionem in humido conueniēti, & huius humidi cum soluta concretione, fitq; oleum sine elixatione & coctione præstantissimum, & hæc sufficiunt de generatione, vi, ac facultate eorum, quæ ab omni corpore, tam simplici, quam composito in genere extrahi possunt.

Quartum de quo scribis est *Ladanum*, quod putas Theophrastum nunquam è metallis extraxisse. Ego verò *Ladanum* quid sit non noui, nisi illud quo à cysto, & hirci ac caprarū lanis extrahi dicitur. Theophrasti verò *Ladanum* puto nomē fuisse fictitium, cuius vires dum multum prædicat, non scribit tamē errores, quos in eo exhibendo commiserit. Fieri potest vt ex metallis, & rebus aliis quam plurimis oleum per resolutionem, aut alio modo extrahatur, quod cū morborū

causas expugnat, dolores quoque tollit, &
 morbus curatur, quibus si opium ad pro-
 portionem misceatur, fiet narcoticum,
 quod in dolore intollerabili aliis auxiliis
 desperatis à prudenti Medico exhiberi
 potest. Sed quantum sit periculum, ubi vi-
 res ægri non sunt firmæ, corpus non est
 euacuatum, & humores crassi sunt; ne-
 scio, an Theophrastei obseruent. Tale
 autem huic simile Theophrastus fortas-
 se Ladanum appellare potuit. Quicquid
 sit, ego in hoc authore explicando non
 multum laboro, cum nec in Philosopho-
 rum, nec in Medicorum numero meri-
 to haberi possit. Et hæc de Ladano. Alia
 quatuor puncta ex Italo quodam desump-
 ta, cuius nomen quidem noui, eius ve-
 rò librum non legi. Primum est, quod hic
 proprietatem totius substantiæ omnino
 reiicit. Cui propositioni sic respondeo:
 Hæc verba sic absolutè proposita omnia
 naturæ principia, quæ in rerum ortu ab
 elementis & substantia ex Aristotele ef-
 fe dicuntur, & quæ Galenus in prima
 partium simularum & organicarum con-
 stitutione demonstrat, tollentur. Vult
 enim

enim Aristoteles omniū proprietatum & affectionum fontem ac principiū esse raritatem & densitatem, quæ in congregatione dissipatione ortus & interitus in mutatione substantiæ cernitur. Vult Galenus ex hac Aristotelis doctrina omnia morborum genera pendere ab illa raritate & densitate, quam bifariam diuidit, in eam, quæ est in corpore substantiam, & eam quæ est in poris, & morborum omnium differentias ac ipsorum proprietates habere hinc originem. Et quemadmodum hæ proprietates à tali principio oriuntur, sic omnes familiaritates & repugnantia, quæ in rebus sunt, ab hac proprietate substantiæ oriri & prouenire dicentur. Ergo quæcunq; nostris corporibus accommodari possunt, siue ad ipsorum sanitatem conseruandã aut destruendam, siue ad morbos expugnãdos ab hoc solo principio deduci necesse est. Nam quæ ipsum corpus conseruant sanum, sunt omnia ei familiaria & amica. Quæ verò sanitati aduersantur, & ipsam destruunt, ea repugnant & sunt inimica, & lethalia. Nam quod familiare

est expeditè assimilatur, quod verò repugnat ad mortem deducit, & animalia & plantas; præterea medicamenta omnia purgantia eadem ratione humores sibi familiares trahunt, vti certum est vnamquamq; corporis particulam familiare nutrimentum attrahere. Sunt enim medicamenta purgantia familiaria humoribus detrahendis, quæ attractio fit similitudine substantiæ, quæ est inter purgans & humorē qui purgatur, veluti magnes ferrū trahit, quod ferri similitudinem ex primaria origine habeat. Nam & in mineris ferri reperitur, & huic speciei est persimilis. Et hæc est doctrina Galeni ex Aristotelis principiis desumpta, quã Plato tamen aliter explicat. Tale enim per attractionem fieri non existimat, sed vult hæc omnia ita euenire, eò quòd non sit vacuum, & quòd singula quæq; dum congregantur & dissipantur mutuò se cõpellunt. Fit enim quemadmodum in vniuerso rei cuiuslibet latitio, iuxta quam omne connatum fertur ad seipsum. Ego verò Platonem ab Aristotele nõ dissentire planè existimo, sed vtrumq;

vtrumq; eadem principia, & easdē cau-
 sas habere, veluti in motu lationis seu lo-
 ci mutationem in omnium rerum ortu
 & interitu perspici potest, sic itaq; hunc
 Italum, qui proprietatem substantiæ re-
 iicit, vel ipsam proprietatem quid sit, nō
 nouit, vel nō vt oportet eam explicauit.
 Et hæc de prima Itali propositione. Se-
 cunda eiusdē propositio: Febres omnes
 sunt per vstionem, non autem per pu-
 trefactionē. Si diceret febres Epheme-
 ras & hecticas in ipsarum incendio, par-
 tim defendi, partim etiā impugnari pos-
 set; sed vbi asserit humores, qui febrem
 faciunt *ὄξυαισθη* tantum, non *ὄξυαισθη*, id
 quomodo intelligi possit non video. Nā
 certum est, quòd omnis febris habet or-
 tum & motus principiū ab aliquo agen-
 te & patiente, vt materia. Agens prima-
 rio est calor ambiens nostrum superans.
 Vnde nostro proprio deuictō fit intem-
 peries calida & sicca in partibus simila-
 ribus (omnis enim intemperies ad par-
 tes similes reducitur) ex qua fit incen-
 dium in toto corpore, ex corde primū
 inflammato, à quo incēdio actiones læ-

duntur, patiens verò in humoribus, & sanguis cum reliquis tribus. Sanguis autem solus incalescit calore alieno, vt diximus, aëre pestilentiali, solis vstione, & febribus omnibus quacunq; ex causa. Incalescit autem sine corruptione, vt patet in synocho non putri, sed vbi sanguis in aliqua parte collectus est, vt in paruis vasis, & ob defectum diffationis eius partis vis superatur, necessariò sanguis corrumpitur. Vnde febris incendiū, veluti etiam fit in omni inflammatione, in certo quodam loco in quo focus incenditur, & in synocho putri, in vasis magnis, aut omnibus. Hinc *οἷος* non simpliciter intelligo nostri caloris corruptionem aut interitum, ex quo calor præter naturam nostrum depascēs actiones corporis tollit, & vires labefactat, sed intelligo putredinem cum fœtore, quæ fit ab illo calore alieno agēte in humidum, quæ putredo fit vincēte natura, aut omninò separata, aut imbecilla facta ab vtroq; veluti in abscessibus & inflammationibus manifestè apparet. Est enim putredo in vasis ipsius omninò similis. Nā
 vrinæ

vrinæ tale sedimentū pro optimo mon-
 strant, crassum, album, lene, sibi simile,
 non fœtidum, quale pus in abscessibus
 demonstratur. A tali sanè humoris pu-
 tredine febres incendi puto ac augeri,
 quæ putredo, nisi cum diligentia tolla-
 tur, egrum ipsum in perniciem deducit.
 Cæterum si sanguis supra modum asse-
 tur, pars quidem tenuior & pinguior o-
 mninò in flauam bilem vertitur, crassior
 verò in atram. Ex illa flâma *καυόνι*, ex hac,
 vt ex carbonibus, quartanas intollerabi-
 les ac continuas perniciosas, & carbun-
 culos maximè generari est verisimile. In
 quib⁹ manifesta sanguinis corruptio per-
 bilis vtriusq; generationē, sed quod ma-
 teria putrescat ad talem corruptionem,
 vt in humido diximus, rationi illud con-
 sentire minimè videtur. Putrescit tamē
 pro natura cuiusq;, sed magis à permisti-
 one calidi humidi vniuersi corporis, vt
 patet in biliosi temperamenti iuueni-
 bus, in quibus acuto calore bilis humido
 vniuersi corporis permista sudores &
 deiectiones fœtidissimas educit. Ac quæ
 iuniores, aut per accidens humidiores;

ut frequenter esse solent, eò fœtidiore.
 Tertia ipsius propositio est: Focum om-
 nium februm esse in corde, quæ etsi pro-
 vera defendi potest, distinctione tamen
 egere videtur. Nam quatenus nulla fe-
 bris propriè esse dicitur, antequam cor-
 primum inflāmetur, & ex cuius incen-
 dio totum corpus incendatur, focus fe-
 bris non potest intelligi alibi esse, quàm
 in ipso corde. Et ita simpliciter, & in ge-
 nere, & ex propria febris definitione o-
 mnis febris focum habet in corde. Sed
 si in particulari locus aliq̄s à calore præ-
 ter naturam incendatur, ut in inflamma-
 tione interna vel externa, & sanguis vel
 humor alius in vasis, vel extrà aliqua in
 parte putrescat, vel ex fluxione aliqua
 circa cor, aut in alias quascūq; partes af-
 fecta pars incendium patiat. Vnde fe-
 bris excitetur, proculdubiò focus ex pri-
 maria origine erit in parte affecta, cuius
 affectio febrim facit, sed febris ipsa non
 propriè febris dicitur ab ea parte affe-
 cta, sed ab ipso corde affecto, ex quo re-
 liquæ omnes partes incendiuntur. Et hæc
 ratio à principiis desumpta consentire
 videtur.

videtur. Cùm enim calor innat^o duplex in nobis consideretur, alter fixus vnicuique corporis parti per minima, alter verò fluens continuò à corde, & nulla sit pars corporis, quæ alteri parti suum calidum proprium cōmunicare possit, (singulæ enim habent quod pro se tantùm sufficit) præter cor, quod aliis partibus continuò vitam communicat, ratio vult vt calor præter naturá, qui in aliqua parte corporis est vniuersum corpus per se non tantoperè afficere possit, vt ipsius actiones lædat, & febrem faciat corde nõ consentiente. Sed vbi cor à vapore maligno, aut quocũq; modo ab aliqua parte affecta incenditur, illud quod vitam toti corpori distribuit, illud idem affectum suam affectionem omnibus impertit. Et hoc modo dico cor focum esse omniũ febrium, & alio modo esse alibi per primariam originem motus caloris præter naturam, à quo febris primùm fuerit incensa. Simile exemplum proponam de hydrope, quæ cùm fiat ab intemperie epatis frigida, seu à frigidis humoribus in eo contentis, frequenter tamen alia

pars corporis affecta primariã hydropis
 originem producit, quæ tamen pars hy-
 dropem per se nõ gignet, nisi epate con-
 sentiente, quando ab eadem parte suo
 calore natiuo, & facultate alteratrice
 fraudatur. Quarta propositio & vltima
 est: Periodorum causa non in humoris
 natura, sed in virtute expulsiua colloca-
 tur. Hæc propositio videtur mihi vel ma-
 lè assignata, vel non posse facilè ratione
 fulciri. Crediderim authorem periodo
 assignare, quod crisi conuenit. Galenus
 enim facultatem expultricem validam
 causam esse putat, quæ crisin efficiat,
 quod & ratio & experientia satis mani-
 festat. Quam enim in acutis & peracutis
 crisis ordinata fiat, in die 4. 7. 11. & 14. ac-
 cessiones verò in diebus imparibus, fa-
 cultas expultrix valida occasionem arri-
 piens in accessione crisin die 4. futurã,
 diè tertio arripit præuertendo. Sicuti
 contrario etiam modo, Natura dum in
 quarto lassata quiescit, nec villo modo
 excitata, die quinto ad indicium cõmo-
 uetur. Id autem fit ex naturæ prouiden-
 tia à facultate expultrice valida, & ab
 eadem

eadem debiliore ad pugnam. Sed in periodo cùm ipsa sit tempus intensio-
 & remissionum in morbis, tam in parti-
 cularibus temporibus accessionū, quàm
 in tempore totius morbi, causa periodi
 nō videtur mihi magis pendere à facul-
 tate expultrice, quàm à reliquis natura-
 libus facultatibus. Cùm enim natura
 morbi expulsionē molitur, initio morbi
 ipsos humores crudos coquit, in aug-
 mento eosdem retinet, & adhuc magis
 coquit, in statu iam excocta propellere
 tentat, vel per crisin, si omnia conueni-
 ant, vel aliis modis extra crisin. Iam ini-
 tium & augmentum periodi ad faculta-
 tem retentricem & alteratricem magis
 pertinere videtur. Status finis verò ma-
 gis ad expultricem. Sed neq; hæc, neque
 illæ sunt per se causa periodi; verùm hu-
 mores ipsi qui periodos constituūt lon-
 giores, breuiore, medias, vehementio-
 res & mitiores, per se periodi causa esse
 videntur, quod & ratio ipsa satis demon-
 strat. Nam illud propria causa rei dici-
 tur, à qua res ipsa potissimū deducitur.
 Periodus autem (quæ tota in tempore

versatur) fit longior & vehementior ab humorum qualitate crassa, viscida, cruda, maligna, & à nimia copia. Fit autem breuior & mitior à contrariis. Ergo periodi causa erit talis tantus humor. Boni hæc consule. Quæ de extractorum ratione scribo, hæc tibi tanquã munus amicum lubenter offero, tuæ prudentiæ & fidei in certum amicitia signũ, mearum lucubrationum partem cõmittens. Quæ singula à nobis fusius & ordine naturæ alibi explicabuntur, & altius repetẽtur, ybi summam diuini operis perfectionẽ in circuli quadratura ex sole triplici demonstramus. Est enim homo reliquorum mistorum perfectio, ac certissimum solis triplicis vinculũ sub quaternario denarium seu vniuersi circulum ex triplici proportione harmonicè constituens. Vale. Viennæ 12. Kal. Maij, an. 1575.

Remberto Dodonæo Med. Casareo, Hieronymus Mercurialis Med.

S. D.

INTELLEXERAM, Clarissime Dodonæe, à Cratone viro summo tuã de saccharo

faccharo lapidifica in renibus facultate
sententiam, quam veluti nullis tunc ra-
tionibus confirmatam, an refutauerim
non recordor. Certè illam à me non esse
admodum probatam fateor. Nunc verò
cùm argumēta, quibus illud dogma ad-
struis, mihi copiosè ac eleganter scripse-
ris, simulq; quid sentiam, vt liberè signi-
ficem petas, nō potui & amici & viri do-
ctissimi voluntatem defraudare, etsi me
non eum esse cognoscam, qui tibi con-
ceptas iam dudum & obseruatione in-
structas opiniones diiudicare queā. Re-
rum causæ, vt nosti, apud veteres Philo-
sophiæ & Medicinæ scriptores in duas
potissimum classes partitæ inueniuntur,
quarum alias internas, alias externas vo-
carunt. Internam causam lapidis renum
atq; arenæ minimè esse posse saccharum
quiuis facillè consentiet. Cùm verò ex-
ternas idcirco ad effectus edendos con-
ferant, quòd internis introducendis oc-
casionem aliquam præstent, propterea
& saccharum si externa causa nephriti-
dis cēsenda est, id erit, vel quia materialē
vel effectricem causam producat: Ma-

teriam calculi, cùm ea debeat esse crassa atq; tenax, vt omnium Medicorum est opinio, ipsaq; attestatur ratio: saccharũ quomodo tenui, friabili, minimeq; tenaci substantia constans efficiat, sanè nõ video; neq; moueor quòd experientia quotidiana compertum sit, saccharum vbi magis excoquitur lentorem acquirere, ac refrigeratum deinde concrescere, quandoquidem nec vsq; adeò potest intus percoqui aliis rebus permixtum, sicuti ad ignem nunquam torretur, si ipsi sit aliquis humor immixtus. nec etiã si excoqueretur, posset frigido sicco concrefcere, & materia lapidis fieri; nimirũ quòd frigus in nullo viuente, tantò minus in calculosis, qui alioquin sunt toto ferè corporis habitu calidiores, vnquam reperiat. Causam porrò effectricem, nempe immoderatum renũ calorem à saccharo, cuius calor apud me temperatus est, induci nequaquã posse, nemo non videt. Sanè vel ea ratione cùm calidius sit atq; tenacius æquum esset ad lapidem & arenas gignendas magis conducere, quod tamen nec à te, nec à quoquam

quã alio fide digno authore mandatum
 memoriã obseruauit. Experimentis quas
 proponis fidem omninò adhiberem, si
 quæ ad acquirendam ipsis auctoritatem
 exigantur, à te obseruata ac significata
 animaduertissem. Nam in quibus tu pu-
 tas nephritidem ex sacchari usu obortã
 esse, quomodo quæso demonstrabis, nõ
 ab alia potuisse occasione oriri; si me
 clamante intonuit, quæ est consequen-
 tia, tonitru à Mercuriali esse factũ. Imò
 verò, quando sola experientia inter nos
 decertandum sit, proferã tibi populos,
 regiones, Regna, in quibus mensæ quo-
 tidianæ nil saccharo frequentius habet,
 ac vix renum calculorum nomen scitur,
 Neapolitanos, Siculos, Turcas, totumq;
 ferè orientalis plagæ tractum saccharo
 magnoperè delectari, ac copiosissimò v-
 su accepimus. Eos tamen omnium gen-
 tium minimè hoc malo vexari testatur,
 qui apud ipsos vixerunt, & medicinam
 factitarũt. Quòd si huiusmodi cibus sua-
 pte natura in lapillos conuerteretur in-
 tra corpus, deberent illi homines passim
 lapidicinas in visceribus geitare. Quam-

obrem ut à te alioquin eruditissimo & consummato penitus Medico hac in re dissentiam tot rationes & exempla hortantur. Haudquaquam tamen inficior, sicut cætera dulcia à iecore avidissime attracta crudorum succorum congestioni magnam occasionem, dum secum incocti cibi rapiuntur, præbere, sic & saccharum facere, ac proinde materiæ arenarum cumulandæ aliquo pacto inservire, at id agit, quia dulce, non autem quia saccharum. Hæc inter æstus, & plurimas quibus obruor occupationes quæ responderem habui. Ea etiam à te probari non quæro, modò hac meæ sententiæ significatione voluntati saltem, si non intellectui tuo satisfactum sciam. Cortusius tibi salutem plurimam dicit, ac mecum sæpè de filio tuo locutus est: qui vbi Patauium venerit, ego quoq; operam dabo, ut in filio cognoscas à me plurimum diligi atq; coli Dodonæum. Vale & tarditatem meam boni consule.

Patauij, 21 Iunij. Anno

1575.

Thoma

*Thomas Iordano à Clausenburg, Marchio-
natus Moravia Medico Physico, Io.*

Crato à Krafsheim, &c.

S. D.

VICESIMATERTIA Ianuarij Ci-
ui Prunēsi ad te literas dedi, Nudius
quartus verò tuas accepi, perferente Ita-
lo, qui se Duci Florentiæ ait seruire. Ex
quibus & D. Baronis morbum, & tuam
quasi desperationem magno cum animi
mei dolore cognoui. Re verò diligenter
cogitata, lapidē nequaquā esse possum
existimare. Liber fuit à doloribus tribus
ferè mensibus, quomodo igitur materia
tam crassa esse posset? Recurrūt dolores.
Quia calor naturalis est imbecillus, *exu-
lata* duriora etiā in sanis sæpè prodeunt.
Ego à Canonico quodam Vratislaviensi
vidi per aluū eiectos plurimos calculos
instar castanearum nucum, verùm sym-
ptomata habebat alia, quàm colica & i-
liaca, & multis deinceps annis vixit. Vul-
tis vt bimestre petam à Cæsare, si trime-
stre, vt domum irem peterem, nō impē-
trarem. Et iusto tamen, vt vel prorsus di-
mittar, vel certè aliquo in certo loco ma-

neam, nec itinerum molestias amplius
ferre cogar. Rectè fecisti quòd exhibui-
sti apozema, nec abs re fuisset addere o-
xymel Gesneri cū Helleboro. Sed prius
optimè humectanda sunt intestina de-
cocto scœnigræci cum helenij radice &
butyro vel oleo, item cum saturegia. Ve-
rùm hæc atque alia multa fortasse prius
scripsi. In seclus in oleo haud dubiè plu-
rimùm quoq; adiumenti afferret. Benè
ego spero cùm tot diebus prius malum
remiserit. Itaq; D. Baronem iubebis esse
se bono animo. Nam illius mœstitia ni-
hil morbo adimet, plurimùm autem de
viribus detrahet, & ἀνορεξίαν augebit. Si
posset impetrari à Cæsare libenter adue-
nire; verùm si quid concesserit, vix e-
runt decem dies. Non mirum si sit lan-
guidior & animo abiectiore. Sed spero
fore melius cùm hic dies sit decimus, ex
quo epistolam scripsisti. Optò ex animo,
& quantum in me erit, omnia fidissimi
& amantissimi hominis officia exequar.
Vale.

Post scriptum:

Interdum iniiciatur clyster ex deco-
cto si-

cto ficuum, radice ireos & ruta cum oleo liliorum alborum. Contundantur & vrantur in sartagine iuglandes & vmbilico imponantur: vacuetur si opus erit catapotiiis: oleum in quo colocynthis decoquatur, rectè etiam vmbilico imponitur, & admisceri potest zibethum. Spinæ dorsi diligenter prouidendum. Scis grauissimos dolores sedari imposita aqua frigida, sed nõ tutum est, & sequuntur paralyfes graues. Vnde vt obstructiones auferantur, plurimũ potest calamus aromaticus, sed calori præternaturali quoq; consulendum. Iterum vale.

Thomæ Iordano Medico, Iob. Crato, &c. S. D.

COENANTI heri peruesperi mihi tua litera sunt reddita, quæ somnũ adimerunt. Multa enim sollicitè cogitavi, nõ modò propter afflictam valetudinem Generosi Domini, sed quòd te animo perculso, ac quasi abiecto esse video. Nullum vitæ genus est, quod nõ prematur atq; opprimatur multiplicibus curis, & qui semper fortunatus monstri simi-

lis. Exrecta autem conscientia semper in aduersis maxima petenda consolatio, verùm de his satis. Catapotia non potuisse multum educere per aluum ipse optimè sciui; oxymellitis vsum non improbo. Coniunctionem lunæ vereri non debebas, cùm vrgerent dolores. Rarum vsum Enematum esse volui, non omnino nullum, cùm laborantibus intestinis dolore, nihil iis possit fieri melius. Manna flatulenta est, eam non probo in colicis; sed factum nequit infectum fieri. Melius fuisset factum, si electuariū Episcopi dedisset. Sed tamen paulò efficaciora enemata ingētibus doloribus magis probo, vt ex hiera cum decocto chamomeli, florum sambuci, radice ireos, &c. Lixiuum etiam cum oleo oliuę per clysterem rectè iniicitur. Oleo lumbricorum puluerem lumbricorum addas, & spinā dorsū inungas. Nam vermes terrestres plurimum conferunt ad sedandos dolores & roborandos neruos. Accipiatur etiam Galbanū, & imponatur quintę essentię, vel vino optimo destillato & imbuatur hoc vino castoreū atq; colocynthis

this atq; vmbilico imponatur. Fomentetur totus venter lacte caprino vel vacino cum melle cocto. Jus Galli decrepiti cum polypodio & carthamo etiã rectè per clysterem iniicitur. Intra corpus ad sedandos dolores des Theriacæ ʒß. Extracti calami aromatici ʒß. Apponas ventri emplastrum, quod mitto, ex matricaria & meliloto. Extendatur ad ventris magnitudinem. Per superiora des syrupum, si non sedatus est dolor. Descriptio ista est:

℥ Summitt. absinthij pontici.

Chamomill a. p. j.

Thuris albiss. ʒj.

Decoq. in s. q. aquæ puræ.

Colaturæ ℥ ʒ iij.

Syrup. de succo chamomel.

vel Matricariæ ʒß. Misc.

Habes hîc duas doses. Ego maximos intestinorum & ventriculi dolores isto syrupo sedavi. Vbi cõquieuerint dolores, tum poterimus de medicamentis purgantibus cogitare. Non semper purgandum laborantibus intestinis, etiamsi aluus sit astricta. Maluaticum etiam cum

oleo oliuarum & ἄλδς αἴθος ℥ ij. vel ʒ j. per
 clysterem iniici potest. Quæſo ne des
 mannam, rhabbarum, vel lenam, præ-
 fertim in potionibus, niſi prius bene ro-
 boratis inteſtinis. Mitto alia catapotia,
 quæ, vt arbitror, melius ſubducent. Da-
 bis primò ℥ ij. deinde ad drachmā per-
 uenies. Lubrica vbi facta fuerit aluus, v-
 nus ſcrupulus ſufficiet. Descriptio non
 erat ad manus, ſed ego pillulas de lada-
 no appello. Educunt pituiſoſum humo-
 rem & bilem. Si eſſem mei iuris, ſtatim
 ad Generoſum Dominum aduolarē, ſed
 noſti mea vincula. Tum vxor heri primū
 lecto ſurrexit & menſæ aſſedit. Saus ha-
 bes remediorū. Omnia perſcribere non
 poſſum, ſed prudentiæ tuæ commendo.
 Meum ſummum gratificandi ſtudium
 Generoſo Domino veriſſimū declarabo;
 viribus vt ratione victus conſulatur
 neceſſe eſt, ſi febris non adeſt, ex malua-
 tico, vitellis oui, addita parum aquæ ro-
 faceæ, pulu. cinnamomi & ſacchari fiat
 quaſi pulmentum. Poſſunt & alia excog-
 gitari, quæ palatui ſint grata. Bene vale.
 Poſonij 16 Octobr.

*Pillularum de Ladano, quarum in hisce
literis mentio fit, hac est descriptio;*

℥ Ladani purissimi ℥ ℥.

Trochisc. alhandal ℥ iij.

Mastic. ℥ j.

Mastix & Ladanum supra carbones in
mortario calefiant, & dissoluantur; dein-
de Trochisci cū Electuarij de succo ro-
sarum ℥ ℥. incorporentur & add. parum
styr. rosac. solutiui f. massa.

*Thoma Iordano Med. Ioh. Cra-
to, &c. S. D.*

SPERO te rectè & literas & equos
Seneos accepisse. De radice Mechoa-
ca, quæ sic dicitur ab Insula 1524. à Fer-
rando Cortesio reperta, & à Monacho
Frãciscano, qui in ea cœnobium habet,
inuenta est, libellus extat Hispanus Ni-
colai de Monardis. Ducit aquositates
ad duas drachmas exhibita. Genus est
volubilis, & omninò species bryoniæ vi-
detur. Nam refert quodammodo radi-
cem eius. Vidi apud D. Kiuenhillerum,
& habeo Viennæ. Gustavi admodù nau-
scabunda est visa. Scripsit quoq; de ea

quidam Italus Marellus Donatus, sed venio ad ægrum tuum. Etiam si abscessus aliquis frigidus esset in intestinis, tamen illa remedia essent recta, quæ monui. Maximè decoctum fœnugræci cum satiregia & butyro addito croco. Helenij vsus valdè commendant practici, & electuarij de baccis lauri. Polypodij decoctū in iure galli decr. Interim diligenter ad viscerum obstructionē videndū. Nam inappetentia illa & fastidium cibi, item vrinæ crassæ plerunq; eam demonstrant. Quū tam diu duret malum, non tantum ad pituitā, sed etiam melancholicum humorem respiciendū. Ad eum plurimum decoctum iuris galli decrepiti faceret. Ideò apozema ex isto iure dabis. Significabis mihi an data sit terebinthina, si non est data Cypriam à vidua Hoffsteteriana petas, & scribā quomodo sit præparanda. Bene vale.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

MODO accepi literarum fasciculū, qui à vobis Vratislaviam est missus. Quid

Quid verò aliud rescribam, quàm me facturum Generosi Baronis causa que possum omnia? Non necesse est orare. Reiteretur clyster. Practici nouē vncias ventant excedere nos debere. Ad libram vnam turò olea damus, & aliquid medullæ addimus. Verùm ea in frigidis intestinis concrefcit. Memini me destillatum è Galbano D. Marschallero adhibere, sed alia fuit causa. Potius ad vmbilicum cum lana xylyna applicarem. Olei spicæ, olei nucis, muscatæ an. ʒ ss. castorei pingued nis ʒj. spiritus vini optimi destillati ʒ ss. *μελάσματα* illa in crure consequuntur humores corruptos, & dum gingiuæ atque fauces laborare incipiunt, morbus ille est, quem scorbuticum quidam appellant. Proinde an aliquid mali in ore sit videas. Vinum nauseât, neq; etiam conuenit. A sero lactis, quod maximè conueniens est, abhorret. Parum in aqua coquatur zinziberis, & dum feruet in nodulo, vt vocant, imponatur cinnamomi. Hæc, vt vides, rescripsi subito, *αλις ανδρος* potest cum butyro in cereuisia exhiberi, siquidē oleum Generosus Baro nau-

390 EPISTOLAR. MEDICIN.
feat. Me Generosissimo Baroni cōmen-
dabis diligentissimè. De Thermis pos-
tea agemus. Bene vale. Pragæ die 3
Martij, anno 1570.

*Thoma Iordano Medico, Ioh. Cra-
to, &c. S. D.*

CREDE mihi, mi Iordane, non mea
voluntate, sed necessitate quadam
huc pertractum Henricum. Cur autem
huc potius iter conuerterim, quàm Po-
sonium, me valetudo mea monuit. Ge-
neroso Baroni plurimùm profuturum
emplastrum ex radice altheæ cum buty-
ro ventri inferiori adhibitū. Rationem
ipse intelligis. Vbi in Carolo febris nimi-
um est ardens, fiant duo sacculi ex farina
hordei ad magnitudinē dorſi, & appo-
natur vnus toti dorſo, vbi incalescit ex-
ponatur aëri & alter applicetur. Vermic-
ularis etiam cum aceto & farina hordei
contusa atq; dextro hypochondrio ad-
hibita plurimùm prodest. Experto cre-
de. Iussi hîc vermicularem inquiri. De
alterius ægricuratione hæc mea est sen-
tentia: Nihil ages, si ad vētriculi curatio-
nem

nem solam respicies. Hydrops est præforibus & epar corruptum. Sæpè appetitus cibi & potus cessat, non tam ventriculo, quàm epate laborante. Aqua cinnamomi, vitæ, &c. non vtaris. Des potiùs serum lactis cum cinnamomo & pipere infuso. Oxymel nihil proderit. Elleboratum nocebit. Mastiche in vino minus. Caue ab oleo mastichino intra corpus. Nondum est tempestiuum, vt extracto calami vtatur. Pillulæ de tribus prodesse, sed cùm nequeat deglutire alia incunda ratio. Decoctum calami cum vino rubro hîc non habet locum. Quia vides, si hydrops non superuenerit, hypochondriacæ passionis principia. Itaque neq; oleum anisi, aut similia valdè calida darem. Apage cum oleo Iuniperi & Naphtæ, ouum sorbibile cum Thure catarrhosis prodest. In hoc casu quid prodesse possit non video. Vnguentis foris rectè vtaris. Trochisci de absinthio & aperitiua, quæ absq; manifesta & multa calefactione exiccât, plurimum proderunt. Bene vale. mea tuam salutatur. Crede bene omnia hoc difficilimo tempo-

re tibi videri difficilia. Si in Aula esses, aliud sentires. Nobis non modò singulis annis, verùm singulis horis mea familia constituenda. Viennæ 11 April. anno 1570.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

HERI accepi tuas prid. Kal. Martij. Datas nescio quo perferente literas. Nullū vitę gen^o maximis molestiis vacat, nec quicquā fortunatū sine DEO. Itaq; miror, cū scias Medicos ferēdis miseris quasi destinatos, te tibi in hoc vitę genere suavia imaginari. Ego ex Theologicis maximè remedium ærumnarum in hac mea conditione capio. Sum autē admodū æger, & valetudinem meam vix sustento. Itaq; te, D. Baronis & mea etiam causa, vt defatigationes saltem cotidianę mihi minuātur, velim te hīc esse. Ac cū eruperint variolę, iam, nisi noua succedant symptomata, naturę cetera poteris permittere. Quando natura duos cōtrarios motus in corporibus instituit, videndū qui maximè ad vires sustinendas faciat. Sic fluor alui in variolis
non

non quidem cōprimendus. Mitigandus autem iis, quæ malignitatem humorum contemperāt, & ad superficiem corporis materiam pellāt. Nihil hic rasura, seu puluere de cornu cerui; item margaritis cum auro conuenientius. Vbi peccus obsidet materia, decoctum raparū cum ficibus detur, vel decoctum lentiū cum ficibus, vbi nimirū est humorum ebullitio. Ego in isto casu lapidi Bezoar non multum tribuo. Nescis quā meus filius fuerit æger. In pueris vbi expulsua virtus fortis, & mulieribus, in quibus natura sui conseruationem quasi tuetur, non tamen desperandum. Gulielmo oleum matricariæ, quod fit ex multiplici infusione florum, sicut camomeli cum ipsis floribus vmbilico imponerem. Poteris deinde vti emplastro ex meliloto, sed ne nimis incalescāt viscera, inungerem spinam dorsi oleo nenupharino recenti cū lacte, & folium nenupharinum renibus applicarem. Sacculus autem ex furfure tritici dorso. Quid præterea sit faciendū non video. Ad soluendum aluum rectè exhibebis meos orbiculos ex rhabarba-

ro, cum syr. de cichoreo cum rhabarbaro. Solos orbiculos absq; syrupo nolim. Superbibat aquam cuscutæ vel agrimonix. Vale. Pragæ 7 Maij. Anno 1571.

*Thoma Jordano Medico, Ioh. Cra-
10. &c. S. D.*

IAM supra horam literæ meæ expectabāt tabellarium, nam reuersus de-
mum eas in mensa reperi. De vacuatione nihil scripsi. Quia te purgasse & sanguinem misisse indicas. Factum rectè. Nam Galenus in libro de humoribus rectè præcipit: Tenuēs & serosos humores initio euacua; In crassis coctionē expectes. Reddit autem Oribasius rationem, ne superueniente febre aciores fiant. Scis autem Hippocratem 6. Epidemiorum malignas appellare tenues destillationes. In quibus de sententia Galeni tempus non est terendum in lenibus remediis. Nihil igitur alephanginx, decoctum raparum & similia. Est periculum ne decumbant in principale membrum & suffocent. Necessè igitur est statim & potenter reuellere atq; intercipere. Gu-
lielmo

lielmo spero & opto iã bene esse. D. Ba-
 ronis edacitatẽ valdè vereor. Tam au-
 de ingerit cibum. Sed monui atq; inter-
 dixi satis. Nihil possum facere amplius.
 Tumor pedum cum discederemus exi-
 guus, vel nullus erat. Ille valdè hilaris, sed
 valetudo filiolæ ipsum deinde perturba-
 uit. De balneo in formicis, seu, vt appel-
 lant, ouis formicarum. Res omnibus ve-
 tulis in Silesia nota. Et vtuntur etiã mu-
 lieres ad impregnationem. Exiccat mul-
 tum, si lubenter vtitur in sessionibus non
 poterit nocere. Nescio an de Begelianæ
 remedio ex floribus prunelli rescripse-
 rim. Ego aquam maluæ, è papauere syl-
 uestri, & cardui longè prætulærim. Non
 contemnendæ sunt aquæ destillatæ, si
 probè destillentur. Miror quid de oleo
 vitrioli fiat. Certè bene præparatũ mul-
 tum ad maximas putredines inhibẽdas
 facit, sed siccioribus corporibus cautè
 propinandum. In humidioribus nihil
 prorsus periculi. Dolores in paroxysmo
 Gulielmi non possunt ab alia re, quàm à
 flatibus oriri. Materia pituitosa est im-
 pacta, ea à calore febrili, scilicet præter-

naturali flatuatur, & efferuescit quasi; inde tormina. Itaq; vt pituita ista educatur opera danda. Videndus autem locus affectus, vtrum per clysteria, vel per superius assumpta possit educi. Nisi bene præparetur prius, nihil ages. Oxymellite meo cum cinnamomo, cui imponas calamamentum nostrum, quod Mathioli est clinopodium. Extenuantur facile puerorum corpora, & cum calor innatus ad suam redit temperiem vires sumunt. Sed de his satis. Bene ac feliciter vale.

10 Maij, anno 1571.

Thoma Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

ENECOR curis & curationibus aulicis. Ac qui mea opera vtuntur, sibi etiam aliquid pro ista benignitate deberi existimant. Itaque vix pauca possum rescribere tuis literis. De Gulielmo habes omnia. Succedet vt spero res ex sententia. Dominæ curationem, licet siccum sit corpus, in aloë rosata posuerim. Sed non fiat communi modo. Verum isto: Aloës decies succo rosarum imbuatur ad duas

duas drachmas aloës addatur vna myrrhæ. De hac sumat ℥j. ante cœnam, vbi alius fuerit fluida tandem ad mouendâ vnica pillula satis erit. Non est quòd siccitatē aloës vereatis, valdè matrici quoque & spleni conferent, si voles poteris mediam drachmam bdellij admiscere. Non arbitror eam colicis doloribus infestari, & præseruabit vsus istarum pillularum. Mitterem radices chamæleonis, sed nullam amplius reperio. Modò non sit humida crederem in sicca alia, etiam istas esse vires. Sed iam radices minimè esse bonas, & profudisse quicquid inest virium non ignoras. Non possum plura scribere. Bene vale. Pragæ 16 Maij. Anno 1571.

Thoma Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

VESTER dolor meus est dolor, & cū tuas literas lego, optimi pueri cruciatus videre mihi videor. Quid agam? Heri oportuit me exire ad N. N. qui recidiuam patitur. Mutatione aëris sperauit sibi fore melius, & in possessionē suburbanam discessit. Verùm deterius mul-

tò foris, quàm in vrbe valet, & me defatigat. Ex hesterna ventione ita meũ malum est auctũ, vt nec dum dolor desinat. Quem obsecro languorẽ largius iter atulisset? Miror tot & tantis remedijs nihil mitigari grauissimos dolores pueri. In exhibitione myrrhe spem bonam habeo, præsertim si adsunt vermes. De exhibitione lactis varia cogito; sed vtile esset coqui flores sambuci & lacti loco nematis iniici. Tanacetum valdè graue est medicamentum. Iumentis datur, quando suspicio est vermium. Miror te non significare, quo loco præcipuè dolor, & quo tempore dolores magis augeantur. Scis, vt arbitror, remedium, quo etiã veteres vsos legimus, qui in grauissimis doloribus frigidam adhibebãt. Memini cùm quidã doloribus cholicis oppressus iaceret, D. Iulium ad frigidã tantquam sacram anchoram cõfugere. Linteamina triplicata madefaciebat frigidissima aqua & ventri apponebat. Sedebantur dolores, sed iste postea paralyticus est factus. At paralytis in puero facile posset curari. Scripsi nuper satis tuta remedia.

media. Neq; dubito quin iam sint adhibita. Recta facias, nec cures sermones, vel admittas nebulones imperitos. Si tantum esset olei calidi, vellem eum imponi. Sin minus rectè illud, vt appellant vulgò, oleo incoquatur & apponatur. Adeps anserinus certè bonus est, & vellem in isto remedio vos perseuerasse. Sed pannus non placet, lanam succidam combuisssem. Apage sis cum plantagine. Oleum anisi nihil valet. Ego vidi datum puero, in quo sudor diaphoreticus conlequebatur, & ad extremam debilitatem puerum adduxit. Facias quæ poteris, Cætera committas DEO, & me excuses diligenti. Obsecro vt de se cæciliæ curæ statim scribas. Bene vale. Die 25 Maij. Anno 1571.

Thoma Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

MIROR cur me eò voces, in ista iuræ
 teris difficultate, & cum scias mihi
 ad circumitiones non concedi tempus.
 Meus filius heri correptus est febri.
 Arbitror tertianam fore. Ego cruditate

& lassitudine molestor. De ægro tuo quid scribā? Satis mihi hic est molestiarum. Videndū quid expurgato corpore per agaricum sit futurum. Hypochondria dura & tensa esse minimè bonum. Ego inunctionibus solis ex oleo chamomelino vterer, vel parū anethini & absinthij adderem. Si ex vsu agarici se meliusculè haberet, repeterem. Non debes statim in principio illa, quæ summa sunt in obstructionibus tollendis, vt cuscuta, exhibere. Incidentibus & detergentibus primò fuerat vtendum. Oxymellitis simplicis vsus tutissimus; deinceps radicum; post purganda materia, & ad aquam cuscutæ, si cætera parum inuent, deueniendum. Puluis arantiorum cum zedoaria nimis est calidus. Nec consequitur, ructus adsunt, ergo calida adhibēda. Velim igitur temperatis corroborari ventriculum, & speciebus aromatici rosati aliquid galægæ addere, atq; conseruam rosarum vel cichorij miscere. Sed de his videbis. Fluor albarum humiditatum siue rheumatismus vteri, quod ego suspicor, siue gonorrhœa sit, nihil

hil admodum proficietis sarfa pariglia.
 Astringendum autem fluxum non esse,
 sed cum materia ad vterum feratur, cru-
 ditates, & corruptionis humoris pitui-
 fosi causas cauendas. Vfus aloës rosaræ
 cū decocto mastichis magis Nobili fœ-
 minæ proderit, quàm sarfa pariglia, &
 quicquid est eiusmodi medicamento-
 rum. Bene vale. Viennæ 7 Septembr.
 Anno 1571.

*Thoma Iordano Medico, Ioh. Cra-
 to, &c. S. D.*

CVM tu curationem nolis aggredi,
 cur ad me ablegas? Præscripti tamē
 consilia, & Dominum admonui, vt ge-
 nerosam Coniugem hortetur, quo no-
 bis obtemperet. Si per cōsensum à ven-
 triculo facta est ista conuulsio, proderūt
 hæc medicamenta; si à matrice, alia ine-
 unda esset ratio. Nihil autem conueni-
 entius vsu agarici, deinde Theriaca, &
 Thermis. Etiam pessario ex mithrida-
 te, &c. Addidi ad tua catapotia ex aloë
 rosara & myrrha atq; succino, quæ ma-
 ximè ventriculum & matricem iuuant,
 & syrupum de succo cardui cum extra-

cto calami aromatici, quæ mirificè pro-
 deffe Epilepticis cognoui. Iuuant etiam
 ventriculum & pectus. Habes & alia ad
 pectoris affectionem quæ tussim excitat.
 Nolim illam vti sena & similibus nugis:
 coniunx mea interdū articulorum do-
 loribus afficitur: iis oppressos iacere præ-
 stantissimos nostros Barones ex animo
 doleo. Profectò quantum ego longa ob-
 seruatione & vsu didici, nihil sudoriferis
 medicamentis, & cōtinuo limaturæ cor-
 nu ceruini in potu infusæ, conuenienti-
 us. Vtinam hoc medicamentum vestri
 non negligerent. Monuisse enim me de
 eo arbitror. Quæ sit causa cur tam im-
 maniter hic morbus vestros tractet, ve-
 lim te considerare, & ad me, si quidem in-
 viuis fuero, perscribere. Lignum salsa-
 fras parū prodesse, ac sæua quædā sym-
 ptomata in multis concitasse cognoui.
 Proinde quid consilij de eo dem, nō ha-
 beo. Rectam victus rationem tutissimā
 medicinā cum Hippocrate statuo: Eam
 si non persuademus, actum agimus. Plu-
 ra aliās. Hoc tempore enim ita eram in-
 firmus, vt vix laborem proferendæ vocis
 ferrem,

ferrem, tam inclementer atq; atrociter
 τῆς καρδίας πάθος, in quavis vel animi, vel
 corporis leui commotiuncula me infe-
 stat. DEO itaq; me committo, & vt ad
 illius voluntatem in vita & morte me
 conformet, ex animo precor. Mi Iorda-
 ne non modò te amo, verùm ab omni-
 bus, qui me amant, te quoq; amari exo-
 pto. Quã verò sit dubius & fallax amor
 quorundam, in extrema mea ætate sen-
 tio. Bene vale. Vratisslaviæ die 4 Febr.
 Anno 1583:

*Thomæ Iordano Medico, Ioh. Cra-
 to, &c. S. D.*

HODIerno die in Kalēdario Ro-
 mano ascriptum est nomen Crato-
 nis martyris, quem sub Claudio Impera-
 tore cruciatum pertulisse affirmant; ego
 me Martyribus non annuero, sed ad
 diuturnum meum morbum, quo planè
 confectus iaceo, duo accesserunt mala;
 quæ tormenti vim habere Medici cen-
 sent. Nudiustertius enim materia ad-
 dentes defluxit, atque ingentes dolores
 cōcitauit, deinde auribus communicatæ
 omnia grauiora fuerunt, præsertim cùm

febris istas fluxiones comitetur, ea ne dum sum liber. Itaq; etsi laborem proferendæ vocis vix ferrem: tamen literis tuis 5 Febr. datis persoluendum est. De ligno salsufraſ significauit id quod est verissimum, me nunquam eo vsum esse, nec videre quo pacto inueteratū morbum articulare curare possit. Fateor huius morbi præcipuam causam esse, serosum humorem in corpore supra modum auctum, & certo modo, siue putredine, siue alio corruptū. Is facit vt crassi & crudi humores sint fluxibiles, & ad articulos deferantur. In quibus & ipse inflammationis atq; doloris author est. Indicio nobis illud esse potest, quòd ij qui frequenter sudant, vel copiosè vrinam emittūt, ab hoc morbo tuti sunt. Simulac verò sudor, vel vrina supprimuntur malum præ foribus sit. Itaq; si, quod de ligno isto affirmant, potenter illud vrinam educit, ac sudores mouet, consequens est magnoperè iuuare posse. Cæterum cū calor natiuus in membris diuturnitate morbi exhaustus est, & natura paulatim atq; continuò ad articulos humores deponere

ponere consuevit, sanè non video, quid adiuuenti afferre possit: sed cùm laudatores huius ligni affirmant, coctiones omnes & maximè ventriculi illius vsum iuuare, caput roborare, cùm etiam subducendo achores, humores crassiores & quasi firmiores reddere necesse sit, non obsto quin Illustris Dominus eo vtatur, modò rectam & exactam victus rationē teneat. Qui in his regionibus vsi sunt, eos intemperantes esse constat. Proinde nihil mirum si non sint adiuti. Ego me eo vsum non esse ostendi, neq; libenter ignotis & peregrinis medicamentis vti solere sæpè testatus sum. Minimè verò pertinaciter meam sententiā tueor, sed libenter rationibus cedo, & Illustribus Baronibus vestris prodesse opto. Meam sententiā de peste ad D. Ioachimum Camerarium perscripsi. Vera veris consentiunt. Aliorum opiniones mihi non sunt ignotæ, cùm supra quadraginta annos de his cogitauerim. Febris non est genus pestis. Quia neq; morbus, neque causa, ergo symptoma: neq; curationem ad febrem dirigimus, sed vt per spira-

tionē attracta pestis seminaria, diapho-
 resi expellantur, & cor aduersus venena-
 tam eius qualitatē muniatur & iuuetur.
 Missio sanguinis, purgationes ex acci-
 denti adhibētur. Miror te tot verborum
 facere de impostoribus sceleratis. Nullū
 vidi, nec noui, neque vllius opera in chi-
 micis ab hinc triginta annis vsus sūm.
 Poliatrum nostrum Woifelium seniore
 detrectasse colloquium, cūm chimico-
 rum sit peritissimus, non mihi fit verifi-
 mile. Ac si fecit, indignos istos caupo-
 nantes & venditātes suas artes, cum qui-
 bus sine ratione ageret, putauit. Ac cūm
 suæ imperitiæ alia habeant, quā veri
 Medici, principia, demens esset, qui ve-
 lit cum illis in contentionē venire. Te-
 nent autem audacissimi homines illud:
 Eum qui verecundiæ fines semel trans-
 gressus est, hunc grauiter oportere esse
 impudentem. Hinc ante annos aliquot
 eiectos esse intelligo. In Aulis reperire
 suos patronos nihil mirū. Baronē nostrū
 ita duriter afflictari doleo, & ei auxilium
 diuinū opto. Nō poteram dictare plura.
 Bene vale. Vratislauix 15 Febr. an. 1573.

Thoma

*Thomæ Iordano Medico, Ioh. Cra-
to, &c. S. D.*

ACCÉPI à te tres epistolas, quibus
4. 8. & 10. dies Febr. est ascriptus. Il-
las quas ex Zenkonis arce te misisse scri-
bis non vidi. Quæ de Baronis valetudi-
ne, credo te non egere consilio. Ad Ba-
ronem verò scripserā me de morbo cer-
tum esse cupere. Cùm, esset ne Arthri-
tis, & te & illum dubitare animaduerte-
rem. Nunc cùm certè scias, nosti quæ
curationis atq; præcautionis via sit. Mi-
ror adhibere Baronem ineptum cata-
bapristam. Quid stultius quàm in prin-
cipio vti calidis. Quid ad augendū malū
accommodatius, quàm vel venæ sectio-
nem, vel cucurbitulas ad locum affectū
trahere. Scio quosdam existimasse se iu-
uamentum sensisse, si aliquoties in an-
no, non tamen doloribus affecti, venam
secarent in pede, vel cucurbitulas adhi-
berēt: verūm quàm facti sint miseri, me-
mini. Initiò venam secare in brachio re-
ctissimum est, sed tamen si sæpè redeat
malum propter intemperantiam, mini-
mè rectum. Medulla ceruina rectè ad-

hibetur ad præcautionem cum sale, ut
 roboretur pars. Doloribus ingentibus
 non video quid prodesse possit. A ligni
 decocto quæso abstineas. Thermas non
 improbarem, si scirem quibus uti velit.
 Commendantur Carolinæ. Ego in recta
 victus ratione & abstinētia. Item lotio-
 nibus capitis & sudoribus totam rationē
 præcautionis positam existimo. Sudores
 neq; cardui succo, neq; veronicæ elice-
 bis. Alia ineunda est ratio. De qua aliis
 literis. Nam nunc perpauca scribere mi-
 hi concedebatur. Expedienda erat D.
 Ludomilla, cuius venter & pedes detu-
 muerunt. Epar nondum, ut velim se ha-
 bet, sed quantum possumus. Vale. Vien-
 næ, 16 Febr. anno 1574.

*Thoma Iordano Medico, Ioh. Cra-
 to, &c. S. D.*

TVAS literas perferente Godefrido
 accepi. A pueris illius curam habui.
 Nunc etiam me exercet. Venit & Bago
 præter meam opinionem. Is, cum domo
 non exeam, in meis quoq; est edibus. Est
 confluxus pituitosi humoris ad ventri-
 culum,

culum, & post inflatus conuertitur. Paucis hinc diebus hærebit, Rursus ad vos rediturus. Me nihil propemodum in omni vita delectat, & tædet rerum omnium. Caroli sanitas me angit, oportet corpus benè nutrire. Mane lauare ex aqua dulci cum lecto surgit. Deinceps destillato ex epate vitulino extenso corpore fricari. In loco affecto & reliquum corpus potest oleo amygdalarum dulcium recenti fricari. Non poterit magis incuruari, quam singulis diebus frictione tollatur. Ligaturæ comprimunt, & membris spiritalibus nocent. Sed ex tela aliquid facere quod contineat, illud rectum. Nolote hanc curam Anabaptistæ committere. Scribam breui plura, nunc non poteram. Bene vale. 4 Iunij, anno 1574.

Thoma Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

QUID ad te scribã, cum nihil respondeas? Et quid mihi sit animi existimare potes. Me absente, vndecim diebus Ebersdorffij mihi apud Cæsarem fuit hærendum, coniunx in dysenteriam sæ-

uam incidit. Hic dies septimus est, à quo laborare cœpit. Nulla vel exigua indicia remittentis morbi. Vires autem valdè debiles propter febrem, tenasmū, & alia symptomata. Itaq; propemodam meus animus à spe bona aberrat; valetudo etiā Cæsaris non satis firma. Et aliis molestis oneror. Vix me sustento. Miror Barone, cum quàm sit audax & temerarius N. N. suo malo didicerit, ei salutem coniugis credere. Maximæ haud dubiè sunt obstructions in mesenterio, & fomētis nihil agitur. Fiat igitur clyster primùm ex solo decocto veronicæ cum multo oleo & saccharo: deinceps hinc addatur succus caparum coctarum cum oleo. Foris applicentur folia persici cum oleo chamomelino cocta. Fiat deinceps clyster ex vini maluatici ℥ x. olei amygdalarū dulcium ℥ iij. pulu. ireos ℥ β. succi rutæ ℥ β. ebulliant, & colentur. Possunt & baccæ lauri, vel electuarium ex baccis lauri addi. Electuario ex baccis lauri inungatur venter; vel oleo laurino. Per superna vt aliquid adhibeatur non possum suadere. Nisi velit ius galli decrepiti cum poly-
podio

podio & carthamo cocti. Vides? me quæ cupis ex animo communicare. Vellem cum consilium à me petis te medicamenta, quibus sis vsus, quæ iuuerint, quæ parum profuerint, prescribere. Nam ita rectius meam sententiã exponere possem. Nolui diutius tabellarium detinere. Benè vale. 23 Septemb. anno 1574.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

EA s literas, quas 8 Maij de valetudine Dn. Berkes scripsisti, hac hora accepi. Iubeor respõdere, cum sim distentissimus, non modò valetudine Imperatoris, verum etiam aliorum. Tum & mea minimè bona est. Si catarrhus tenuis, vt ego ex iis, quæ scribis, coniicio, vides generalem scopum. Si materia mixta indicationes sunt miscendæ. In tenui materia nihil, præsertim cum suffocat, pillulis illis de Cynoglossa conuenientius. Fiunt de ꝑj. pillulæ nouem, dantur tres hora decubitus. Deinde utilis bolus cum syrapo de papauere, præsertim cum materia salsa in senibus, vel des lambendã ge-

latinam ex aqua violarum cum puluere dragacanthi. Si mixta materia, diacodiū Montani maximè prodest. Vfus veronicæ in materia crassa, & quæ pulmones obsidet, præcipuè valet. In tenui & falso catarrho nolim adhibere. Diuersiones autem fiant per frictions, ligaturas, cucurbitas, &c. A calidis abstineas, siue falsedo sit propter admisionem serosi humoris, siue propter putredinem. Iudico autem à seroso humore esse, cùm scribas de tumore faciei, lacrymis oculorum, & quod nulla sint febris indicia. Ad caput nihil applies, quo incalescat. Rosæ, myrti baccæ, coralli in puluerem redacti satis. Item santali rubri, oxymel cum gummi ammoniaco dedi in materia crassa. Hic omnia tenuis catarrhi indicia. Non possum plura scribere. Vale. 12 Maij, anno 1575.

Thome Iordano Medico, Ioh. Cra-

to, &c. S. D.

QUANTVM ex tuis literis intelligo valdè periclitatur tuus eger. Quando catarrhus tenuis crassescit, statim ad temperata deueniendū, sed factum infectum

ctum fieri non potest. Mitto oxymel cō-
 positū : dabis tutò in decocto scœnugræ-
 ci vel iusculo vnciam vnam. Purgabit
 pectus per sputa & lotium, etiã fortasse
 aluum mouebit. Habes etiam syrupum
 de carduo cum additamento succi cala-
 mi aromatici, vt ventriculus iuuetur. Si
 catarrhus fortè descenderet, cōmiscas
 pulueres istos, quos mitto, cum fermento
 & parum aceti addas, ac capiti impo-
 nas. Profectò in graui est periculo. Si ex-
 pectorare cœperit, statim temperatis, vt
 decocto calami aromatici cum saccharo
 vel melle, decocto scœnugræci cum ficu-
 bus & similibus vtaris, & inungas ventri-
 culum, vel apponas scutum. Hæc pos-
 sum monere, & satis esse puto Medico
 rationali & præfenti, qui videre potest,
 vtrum mandanti vel recipiēti membro
 magis sit subueniendum. Habes Galeni
 exemplum. Rectè facis quòd aliū Me-
 dicum tibi adiungis. De tuo libro mul-
 tò ante hoc rescripsi, me cupere eum vi-
 dere, ac deinceps meam sententiam ti-
 bi aperire. Multa fortasse interea muta-
 sti. Certè pestis alia est priuata, id est,

quæ ab interna causa oritur, nec morbida expirationem habet. Est tamen multis exitiosa; propterea quòd multorum corpora malis succis repleta, & eandem aëris intemperiem ferunt. Alia verò publica, in qua ex corporibus infectis emanat morbida exspiratio, & relinquuntur semina huius in aëre, quæ pro constitutione aëris augentur & minuantur. Hæc etiam sanis corporibus, & in quibus nullum est symbolum, si ea attingant, perniciofa. Licet agens nō agat nisi in patiens prædispositum. Quibus autem modis alia corpora magis, alia minus disponantur, videndum. Sed de his nunc non possum cogitare, cum hæc subito, & stans quasi pede in vno (adeundus enim est Cæsar) scriberem. Bene vale. 30 Maij, Anno 1575.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

BENE fecisti quòd huc tua *Zurmuße* nisiisti. Respōdi breuiter, Cur enim multis verbis agerē cum Medico. Multæ sunt causæ, quæ me domum reuocāt, ac potius retrahunt. Vñam ante diem Veneris

Veneris discedere possem. Video Baro-
nem in eo esse vt me detineat. Non du-
bito quin vsus aloë rosatæ plurimum sit
profuturus, si ad ʒj ḡ. ʒ ḡ. myrrhæ ad-
dideris. Radicem pæoniæ maris à loa-
chimo Camerario habere poteris. Vn-
gulæ alcinæ particulam adferā. Frictio-
nibus matutinis vtaris. Item lotionibus
pedū mane ex decocto bethonicæ. Ab
oleribus abstinendum. Vinum parcissi-
mè bibendum. De decocto te cogitare
velim. Bene & feliciter vale. 15 Aprilis,
Anno 1577.

Zntrijualæ, quorum in hisce literis men-
tio facta est, hæc sunt, quæ
sequuntur;

1. Moderatè iussisti vt carnibus vescerer.
Quid ex earum vsu periculi? Sunt ne
quedā alimēta ipsa ἰδιόου γένοια noxia?
2. Sternutatoria an conferant, & quæ acria?
3. Vomitus an noceat? Ieiuno ne vel repleto
ventriculo irritandus?
4. Omnibus ne prorsus odoratis abstinendū?
5. Fumus è succino in accessione an conducat?
6. Oleum succini an sumi possit cum fructu?

7. *Ruta odorata, vel aceto tusa an carpis vel spinæ alligari debeat?*
8. *Vena sectio, an crebro, vel bis in anno, ut consueui iterari possit?*
9. *Cucurbitula sæpè ne repetenda?*
10. *Lunæ mutationes an observanda, vel per-
timescenda?*
11. *Nunquã ne vehementioribus utendum
catharticis, & quousq; progrediendũ?
vel clysmata sufficiant acriora?*
12. *Quid de Thermis, sudatorio Laconico,
vel labro sentiendum?*
13. *Suades ne usum Ligni sancti?*
14. *Venus prorsus ne abdicanda, vel quod
tempus minus noxium?*
15. *Paonia radix & grana quid virium ha-
bent?*
16. *M. Antonij Cortusi remedium: Panem
albissimũ primũ è furno exemptum
parum fermentatum calentem vasi
vitreo include. Aquam è vapore con-
densato collige. Eius ʒ iij. accipe Un-
guis vel dentis maioris lupi pulueris a-
ti ʒ j ʒ. Ieiuno detur. Sanabiles epi-
lepticos (ait ille) citissimè curat. Quid
videtur?*

17. Vt or veteri syrupo de succo cardui, donec recentem conficere possimus. Potest ne aqua millefolij permisceri, vel lambendo sumi?
18. Theriaca quando & quoties utendum?
19. Quamdiu cura continuanda?
20. An sola spuma sufficiens sit nota ^{de} ~~de~~ ^{na} ~~na~~ ^{di} ~~di~~ ^{as} ~~as~~ in Epilepsia?
21. Ad alexandum vlcus in pede, si quid emplasticum adhibendum, cum haecenus sola lana carpta sim vsus?

Responsio ad ^{Zurh} ~~Zurh~~ ^{ma} ~~ma ^{ta} ~~ta praecedentia,~~~~

D. Ioh. Cratonis à Kraftheim, &c.

1. Carnibus moderatè te vesci volui, sicut omnibus, quae plurimam alimenti praebent. Agnina mala est, & praesertim epar cum capis paratum, sicut omnia quae caput replent.
2. Sternutatoria non prosunt, nisi in accessionibus. Nam cerebrum quiete concoquit.
3. Vomitus coactus nocet. Spontaneus etiam caput pergrauat. Sed cum per consensum à ventriculo cerebrum afficitur, ex

- accidenti plurimum prodest.
4. Non omnibus odoratis abstinendum, sed quæ caput replent. Odor rutæ, anisi, carui, &c. bonus.
 5. In accessione fumus succini adiuuat. Quia dissipat vapores, & obstructa reserat. Extra paroxysmum ledit.
 6. Oleo succini abstinendum censeo. Caterum si orbiculi ex gutta una olei succini, & gutta anisi cum saccharo fierent, non improbarem.
 7. Ruta odorata carpis, item spina adhibita, etiam cum aceto conducit.
 8. Venæ sectione plenitudinis prodest. Per se non. Si in victu cauebis plenitudinem, ita satis erit semel in anno venam secare.
 9. Cucurbitula possunt singulis mensibus applicari.
 10. Lunæ mutationes non quidem pertimescenda, sed in iis cautius agendum.
 11. Vehementioribus cathartice te uti nolum. Clysmata sufficient.
 12. De Thermarum usu longæ ambages. Turtiam Itali probant haud scio quam rectè.

13. *Nihil vel parum valet Guaiaci lignum,
nisi ad corporis habitum minuendum.
Esset tamen illius vsus cum ligno visci
quercini conducibilis.*
14. *Venus modestissima.*
15. *Paeonia maris radicibus multum tribuo.
Nostra nihil.*
16. *Cortusi experimentum nunquã sum ex-
pertus. Tutò uti poteris.*
17. *Syrupum cardui, & è succo violarum, a-
qua millesolij poteris admiscere. Aqua
sonchi è pediculis (caput Monachi ap-
pellant) destillata plurimum in aestate
prodest.*
18. *Theriaca in Nouilunio semel utaris.*
19. *Cura semper tibi cura erit.*
20. *De notis noli sollicitè cogitare.*
21. *De ulcere agam in presentia, volente
Deo, & inspiciam. Noli uti siccanti-
bus, quia consolidant, ut lana carpta,
sed mundificantibus.*

*Thomae Iordano Medico, Ioh. Cra-
to, &c. S. D.*

VERE vsurpo illud Poëtæ:
Viuo equidẽ, vitamq; extrema per om-

nia duco. Iacui enim trimestre, oppres-
 sus catarrho & febricula lenta, ac totus
 macie contabui. Augetur nūc febris, &
 vires languidæ deficiunt. Itaq; cogitare
 potes, quàm ad scribendū sim idoneus.
 Viuo iam non ego, sed viuit in me Chri-
 stus. Baroni autem optimè de me meri-
 to, & tibi amico charissimo morem ge-
 ro, atq; hæc (cū vix sustineam laborem
 proferendæ vocis) dicto. Verè autē & ex
 animo affirmo, mihi propositum fuisse
 omninò de vsu ligni Baronem monere,
 simulac certi aliquid ad meas literas mi-
 hi rescriberet. Id cū nunc sit factum,
 omnibus modis suadeo, vt Generosissi-
 mus Baro ineunte Aprili decocto ligni
 Guaiacini vtatur, & quadraginta diebus
 ita, vt se abstineat ab aëre, & iis reb⁹, quæ
 ventriculum ledunt, quas nunc non no-
 mino. Victus ratio nō prorsus tenuis sit,
 sed boni succi, & in quātitate pauca. Pas-
 sulas quotidie ante cibum assumat, etiā
 priusquam lignum bibere incipiat. Vt
 vehementer purgetur, propter infirmi-
 tatem intestinorū & ventriculi, vix pos-
 sum esse author. Velim tamen ea medi-
 camenta

camenta adhiberi, quibus me vsum non
 ignoras, cum in obstructionibus, & viis
 non patentibus, sed humoribus repletis,
 vsum ligni tutum esse minimè Medico-
 rum omnium sit sententia. Si non satis
 purgabunt, reiteretur, provt humoribus
 corpus redundare videbitur. Ad vniuer-
 sam curationem ligni xv. vel xvij. lib. sa-
 tis futuras arbitror. Infundantur autem
 xv. vel xvij. libræ in olla magnâ, affusa a-
 qua calida, & seruetur loco frigido, atq;
 ita deinceps pro libra vna ligni macera-
 ti affusis aquæ libris xv. & ad remanentiã
 ix. vel viij. librarũ decocti pro prima po-
 tione vtatur. Ad sudores inter initia non
 vrgeatur. Si tibi videbitur: seruens aqua
 ligni, transfundatur statim post coctio-
 nem in aliam ollam, & iniiciatur vel be-
 ronica vel veronica. Pro secundo verò
 decocto, vncie duæ ligni ad istam libram
 decoctam affundantur, & ad rema-
 nentiã xv. lib. decoquantur, adiiciaturq;
 in fine decocto aliquid passularum. Er-
 rant longè qui decoctione prima vires
 ligni exhaurire se posse arbitrantur. Ita-
 que secundum decoctum primo inter-

dum fortius est. Id si animaduertes, abstinere ab usu recentis ligni in secundo decocto poteris. Primis decem diebus lentè procedas, deinceps quindecim infes, & rursus quindecim vel etiam decē paulatim desinas. Vt alius toto istius curationis tempore sit fluida procures. Mihi beneficio DEI hæctenus tua pruna præstiterunt quod optavi. An deinceps prorsus viribus iacentibus efficacitatem aliquam sint habitura nescio. Post decoctum ligni ventrē inungas cum vnguento nostro stomachali & adipe gallinacea. Applies emplastrū de ladano cum speciebus aromatici rosati cōpletis, addita cera & oleo rosato. Exhibeas iam nunc interdū optimam myrrhā. Quid præterea monerem nunc non erat. Si Epilepticus quoq; tuus ligni decoctum cum ligno visci quercini preparatum biberet, certè plurimum illi profuturum existimarem. Cogites, & si quid possum illius causa facere, moneas. Cupio omnia. Plura non possum dictare. Si vires fident, aliquid Baroni rescribam. Martij die 6. 1578. è lecto.

ꝯ Passu-

℥ Passular. ʒvj.

Flor. borrag.

Violar.

Cuscutæ an. p. j.

F. horum decoctio in q. s. aquæ puræ.

℥ Colaturæ lb̄ β. Infundatur:

Rhabarb. in aqua cinam. macerati ʒj.

Fol. senæ selectorum ʒv.

Stent per noctem in loco calido, & rursus mane ebulliant: ℥ Fortissimæ expressionis diligenter percolatæ ʒiiij.

Mannæ Calabrinæ ʒj β.

Addatur aloës rosatæ ad reprimendam dulcedinem mannæ, & propter vermiû suspicionem ʒβ. Misc. Prius tamen sumat præparãtia, vt decoctum radicum cichorij, & vesperi, quæ diem purgationis præcedit, Enema ex iure gallinæ pingui, in quo decoquatur veronica, addito saccharo.

Thomæ Iordano Med. Ioh. Crato, &c. S. D.

AEGROTAT iterum Baro. Quid putas? Est ne tanta articulorum imbecillitas? Est ne tam intemperans, vt vel

subito tantam humorū copiam cumu-
 let, vel quod ego puto, Fundūtur ne hu-
 mores vino, venere, vel iracundia? Ego
 causam existimate non possum. Hippo-
 cratem puto te accepisse, etiāsi non scri-
 bas. Cuperem meliorē versionem. Eam
 an Aubrius daturus sit nescio. Quidam
 contra Fernelium scripsit, Musca in Ele-
 phantum. Putat pestem solis frigidis cu-
 randam. Profectò qui in peste, nihil præ-
 ter obstructionem, putredinē & febrem
 agnoscūt, multis modis errant & nocēt.
 Præpotens illa causa, vt Galenus eam ap-
 pellat, communem medendi rationem
 planè euertit. Occultam illam vim cœ-
 lo ortam cum Fernelio non tueor. Mor-
 bidam expirationem præcipuā causam
 statuo. Etsi scio sæpè pestes non solūm
 totas ciuitates, sed regiones subito inua-
 sisse. Sed hoc fit vel propter aëris vitiū,
 exhalationes, aquas, vel cibum, vel com-
 munem causam corpora prædisponen-
 tem. Verūm quomodo dilabor in istam
 disputationem? Quia libēter tecum per
 literas colloquor. Romæ iam magnis
 muneribus propositis remedia contra
 pestem

pestem quærunt. In DEI & naturæ arcanis singulare & εἰζαίρετον latere puto. Nam ea quibus vtimur sæpè spem fallere apparet. Legisti ne aliquid apud veteres de viribus Monocerotis. Ego nihil memini. Et Turcos nūc nō vtī vel bolo, vel terra Lemnia audio, cūm tātopere commendet Galenus. Bezoar in peste parū conferre animaduerti. DEVS & Immanuel noster Iesus tibi & tuis hūc annum benignè fortunet, Pragæ, Kal. Ian. anno 1580.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

MI Iordane, quæ sint cauēda iis, qui Herculeo morbo affligūtur, nosti. Aegrum verò tuum non eam adhibuisse cautionem, quam debebat, tuæ literæ 6 Febr. datæ testantur. Obiurgarem illum grauitè nisi ægrotaret. DEVM oro vt ipsum cōseruet, & ne ille sibi ipsi desit facito. Puto me tibi scripsisse in isto morbo, epar perdicis in furno siccātū & puluerisatum, commendari ex aqua millefolij. Quidam ranarum epar hoc modo in noua olla præparatum laudāt. Reme-

dia naturalia in hoc morbo, sicut omnibus, in quibus diuinum est secundum seriam diuini auxiliij implorationem, maximi ab omnibus ferè fieri animaduertito. De Thure rectè æstimant, qui mumiã arbitrantur. Est enim verissima Mumia, & quidem ex humanis corporibus, conditis Thure, myrrha & aloë. Vnicornu non reperiri in nostris regionibus certissim^o sum. Vna pars est è cornu putrefacto, altera ex osse. Pellunt autè ista ad extremas corporis partes, humores & sudores mouent. Ideò in affectionibus cordis (vt existimant quidam) conferre videntur. Hęc autem vis etiam in cornu cerui conspicitur. Ac credas mihi primas istas cuspides in cornubus ceruinis contra venena plus prodesse, quàm vulgare vnicornu, quod nihil aliud est, quàm dens Elephanti seu Ebur. Lapidem, quem misisti, adduci non possum vt sententiæ illorum, qui à serpentibus conflatum esse existimãt, accedam. Arte fabricatũ esse, ac, ne quid dissimulem, verticillum seu spondylum puto, quem mulierculæ fila ducentes fuso applicant.

plicant. Iacuit aliquandiu sub terra. Itaque cum sit testaceus, lapis videtur. Alter verò lapis, quem minister ostendit, qui in corde cerui repertus est, quiddam cum lapide Bezoar commune habet, licet neq; forma, neq; calore eum referat. Nam is quoq; ad hunc modum incrustatus est, neq; dubito quin aduersus venena profit. De Sapphiro nullam habeo experientiam, oculis prodesse scio, & ad metum oculis puerorū, qui variolis aut morbillis laborant, ne ab iis infestentur, facere. Recitatur alia ab iis, qui de gemmarum viribus scribunt, verum mihi non sunt explorata. Cardanus multa in libello de gemmis commemorat, eum nunc ad manus non habebam. De Chalcidonio quod scribam, non habeo. Sunt qui sanguinem, calefactum in manibus, sistere existiment. Fungo ceruino ad venena quidam vtuntur, sed plus ad venerea valere, & propterea asseruari constat. Meum oleum vitrioli vobis non est defuturum, sed quantum voles, & quod satis est vt à me accipias curabo. Sunt iam octodecim anni cum illud factum est, & nunc

plurimis prodesse animaduerto. In hu-
 midioribus corporibus vsus est tutissi-
 mus. Sed paulò sicciora minus crebrò
 assumere debent. Tu singulis septima-
 nis bis vel ter rectè, & magno, vt spero,
 commodo tuo eo vteris. Sed vide ne in
 parum rectè factū incidas. Nam, vt pro-
 misi, prius mihi, quàm tibi defuturū est.
 Vfus decocti veronicæ nihil melius ad
 dolores à calculo ortos. Idē præstat suc-
 cus inspissatus. Exprimitur ex herba cō-
 rusa, & cum saccharo ad spissitudinē co-
 quitur, & in pillulas redigitur. Sumes
 ante cibum. Si dolor vrget in labro vel
 lecto calefactus, decocto veronicæ bi-
 bes, & adhibebis emplastrū ex cancris.
 Quod fit cancris coctis & cōrulis & eo-
 rum succo expresso, panis medulla im-
 buta, additis oleo violaceo & vitello oui,
 applicetur hoc renibus. Hederæ etiam
 terrestris vsus in cibo, & iusculis cōmen-
 datur, & somnum atq; vrinam prouocat.
 Vreteres inungi poterunt oleo scorpio-
 num, & foueri raphano vel rapis coctis
 cum adest dolor. In sessiones in labrum
 nō probo, propter dolores podagricos.

Domi-

Domino seniori iam meam sententiam sæpè de istis defatigationibus ostendi. Remedia frigida non sunt tuta, licet ea catarrhus tenuis requirat. Calida prorsus non profunt. Tutissimum esset à nimio sermone abstinere. Sed plura hac de re aliàs. Benè vale. 15 Februar. anno 1580.

Thomæ Iordano Medico, Ioh. Crato, &c. S. D.

GRATISSIMUM mihi esse tuum literarium officiũ, omniaq; grata mihi temper à te accidisse, verissimum est. Heri autem per uesperas tuas, quibus 28 diem Iunij ascripsisti, Glatio in Rucurianum meum perlatas accepi. Veni huc nudiusdecimus tempestate horrida & valetudine minimè firma. Quam verò firmitatem hac ætate sperare possimus, in qua vnum illud animo planè obfirmato nobis persuadere debemus, nos eò vitæ beatæ viciniore esse, quoad exitum huius vitæ & sepulcrum accedimus propius? Ut quod superest æui absq; molestia, quemadmodũ mihi precaris, transigam, cum vel corpus tot morbis afflictũ,

vel seculi nostri misérias intueor, polliceri mihi nõ debeo. Veram enim illam querelã esse statuo, *πῶν ἔστιν αἰθρώπως συμφορὰ.*
 Ad meas autem misérias hæc accedit, quòd in tanta virium imbecillitate propemodum perpetuò decumbendum, & si quid scribere volo dictandum est. Ægrè pedes officium faciūt, & tremebunda manu, perpauca absq; molestia exarare possum. Præscripseram nuper cuidam puero emplastrum futuræ coronali apponendum. Is tentatis multis remediis, beneficio DEI, conualuit. Pharmacopœi coniunx emplastrũ hoc aliis pueris epilepticis adhibuit. Itaq; tam multus de eo sermo, vt etiã senes bono successu vterentur. Erit cum his descriptio, qua ante triginta annos in fœmina Polona curanda sum vsus, & diu sanè oblitus. atq; cum à me consilium pro puero peteretur, in illam incidi. Franciscus Vallesius Doctor Medicus in Academia Complutensi fuit. Mortuum ante multos annos puto. Leges de eo in proœmio libri, quæ mihi comperta sunt. Admodum ingeniosum res ostendit. Neq; dubito,

dubito, si longior vita ei contigisset, quin multa in suo libro emendaturus fuisset. Ego in alterius labore hunc laborem sumere volui. Mitto *de iura* typographicū. Spero ad mercatum autumnalem proditurum. Baronibus vestris benè precor. Ego podagricis nihil nisi rectam victus rationem consulendum arbitror. Quæ enim medicina vel materiam istam exhaurire, vel calorem roborare potest? Vsum fomentationis ex decocto myricæ cuidam valdè profuisse scio. Sed alios iuuisse parum. Thermæ calorem natium adiuuant, verùm sua humiditate membra relaxant. Utinam Namestius vester heros à me iuari possit. Nihil est quod magis velim. Si paulò valetudo esset firmior, atq; is in suo Brundusio, eum inuiserem. Sed vereor ne è Bohemia pestis serpat. Valdè magnæ & frequentes in his quoq; locis eluiones nobis malum minantur, & transeunt sæpè qui Praga veniunt, vbi sæuire pestem multorum literis nunciatur. De oleo Solis multos gloriôsè loqui audiui, verùm ita confici posse, vt verè oleū sit, & humanis corporibus

conueniens, nunquam mihi persuaderi
 patiar. Lapis autem philosophorū mul-
 torum ingenia & opes attriuit. Nec præ-
 ter vnum, qui de illius cōpositione scri-
 pserunt, quenquam lapidem istum pa-
 rasse cognoui. Vero hoc est consenta-
 neum, imperfectum ad quandam perfe-
 ctionem posse deduci. Sed an lapis Phi-
 losophorum (id quo chimistę de eo affir-
 mant) imperfecta metalla perfecta red-
 dere queat, haud scio. Sæpè in paruo o-
 pere quædam quasi perfectionis species
 ostendi potest. Idem si in magno tentes,
 somnium videbis. Imò vix vnquã simi-
 lia elaborantur propter caloris & mate-
 rię dissimilitudinem. Quę igitur est stul-
 titia in istis desudare. Antimonio albo,
 cùm rationem, qua sudorē mouere pos-
 sit, non videam, & mihi illa cum Thera-
 ca commistio suspecta sit, nunquam vsus
 sum. Scio autem te ea pietate esse, vt nō
 velis alteri nocere. Proinde si iis profuit,
 quibus à te datum est, ipse periculum de
 eo facere poteris, vel quam primùm ad
 amicum illum tuum scribere, vt modū
 conficiendi integrè tibi significet. Non
 sunt

sunt mihi Theophrasti libri ad manus, nec si essent possem in illis quicquam legere. De spiritu antimonij quid rescribā non habeo. Nam de vsu illius nihil planè cōstat. Retinebo igitur apud me donec aliquid certi cognoscamus. Magna medicamenta esse oportet, quæ in exigua quantitate vim maximam exercēt. Ne igitur naturæ vim afferant videndū. Tamen nō video si antimonium album per se est antidotus, cur antidoto, videlicet, Theriacæ miscentur. Sed utcunque sit, ea fide amicum illum tuum esse scio, ut non velit tibi nocere, proinde semel facere periculū, atq; de successu quamprimū ad me scribere poteris. De extracto calami aromatici arbitror me vos monuisse omnia. Vt or præcipuè in affectionibus ventriculi & pectoris cūm intempeties est frigida cum materia crassa & tenaci. Actunc quidem non difficultatem spirādi & coctionem plurimū valere, & longè alia medicamenta superare cognoui. Calchanti oleum totius corporis habitum permeat, putredinem rollit, & humiditates superfluas consu-

mit. Hoc minus crebrò vtaris, cum te extenuari aliquomodo scribas. Non futurum tibi est, etiamsi ipse eo non abundem. Nam nihil mihi tam est charum in omnibus rebus meis, quod nō libenter ad sustentandam valetudinem tuam velim impertiri. Bene vale, & literas tuas ad me mittere non intermittes. E Ru- curiano 16 Iulij, anno 1582.

℞ Succini albi.

Thuris.

Mastich. an. ʒ i ʒ.

Galbani.

Opoponac. an. ʒ j.

Visci quercin. ʒ ij.

Ambra gr. vj.

Musch. gr. iij.

Sem. pæoniæ maris ʒ ʒ.

Ladani ʒ j ʒ.

Olei nucis muschate parum, aspergatur puluere cubebarum, & extendatur in aluta.

M. Martino Weinrichio Vratiss.

Ioh. Crato, &c. S. D.

GRATVLATIO de reditu meo tua,
Amoris in me & humanitatis plenissi-
sima,

ſima, tam mihi grata atq; iucunda fuit,
 quàm ſolent eſſe omnia optatiſſimæ mi-
 hiq; chariſſimæ beneuolentiæ erga me
 bonorum virorum documēta, maximè
 cùm ſciam, ab animo mei perquam ſtu-
 dioſo, eoq; integerrimo proficiſci. Deus
 tibi pro egregia hac tua voluntate tibi
 tuiſq; beneficiat, boniſq; omnibus cu-
 mulet. Ego certè quicquid in me eſt, ita
 in tua poteſtate ero, vt me optimè tibi
 velle facilè poſſiſ; intelligere. De libro ad
 me miſſo magnā habeo gratiam, daboq;
 operam vt te *αιπδαρω* aliquo remunerē.
 Ad quæſtionem tuam quod attinet, mā-
 lo, vbi ad me veneris, coràm tibi ſenten-
 tiam meam de ea exponere. Nuper cùm
 Senatus idem rogafſet pauca hæc ſcripſi:
 Eſt maius malum eſſe videtur, quàm vt
 naturalibus remediis tolli poſſit, tamen
 cùm appareat *επιληψια*, vel potiùs *μεταστασις*
 eſſe epilepſiæ, adhiberē ea remedia, quæ
 epilepticis conferunt, prognoflico prius
 prolato, periculum eſſe ne vel cum mor-
 bo vitam finiant, vel omnium membro-
 rum *παρεσις* conſequatur. Purgarem ini-
 tio corpus, prius tamen exhibitò ſyrupo

de succo cardui, deinde rectā victus rationem præscriberem, ac ne quid præter decoctum ligni visci quercini, atq; cardui biberent, ordinarem. Exhiberē tandem vſitatos pulueres, qui dantur epilepticis, atq; periculū etiam pulueris cum cinnabari natua facerem: siquid hæc remedia prodesſent ad alia deinceps deuenirem. Preces etiam piorum huic curationi plurimum adiumenti afferrent. Hæc tum subito exaravi, sed cū casum ipsum te plenissimè audiuisse ex iis, qui istuc viderūt triste illud spectaculum, intelligam, coram, vt scripsi, colloquemur. Tu vt quàm sæpissimè mecum esse possis vide, neq; id mihi modò gratum fore confidas, verū tibi etiam nō iniucundum aut inutile. Synopsis febriū, quam tibi communicavi, quamprimūm retuleris, faciam, vt pleniorē habeas. Bene vale.

M. Martino Weinrichio, Ioh. Crato, &c. S. D.

EX Illustri Domino Dudithio, cui te innotuisse est quod leteris, intelliges, quo in loco hīc res nostræ sint. Ego maxima

xima contentione hoc egi, vt ex Aula tandem dimitteret, Cæſar contrà ſumma clementia me retinere, dum in Auſtriã eat ſuauiſſimis & humaniſſimis verbis ſtudet. Itaq; cùm ad Monauium noſtrum ſcripſeris, huc te venturum, ſi ſcires an me offenſurus ſis, id tibi ſignificare volui, ſatisfaciamq; voluntati tuæ ex animo, modò ne vltra hunc menſem protrahas. Valetudini ſororis tuæ *συμπάσσω*, ſed nihil periculi eſt, niſi grauius quiddam ſub eſt, quod ſubticuiſti. Fiunt dolores capitis plerunq; per cõſenſum, & in fœminis præſertim, ventriculi & vteri. Quando per conſenſum ventriculi, tum dolet ferè pars anterior; quando vteri conſenſu, dolet poſterior. Quando ab vtero eſt per conſenſum, non eſt curanda pars illa, quæ dolet, id eſt, caput, ſed membrum, à quo oritur conſenſus: ſi à matrice, propter vaporum aſcendentiũ copiam. Ergo matriſi ſubueniendũ, & ſi obſtructio, illa tollenda & aperienda eſt: ſi vetus intemperies, tum etiã vetus malũ eſſe coniiicimus. In veteri porrò morbo ſemper eſt remediis lenibus, diutur-

nis, & paulisper subtrahentibus & alterantibus utendum. Si à ventriculo dolor est, medetur vel vomitus, idq; subito, sicut grauissimos dolores dentium videmus subito, simul ac euomit aliquis, tolli. Si à cruditate ventriculi est, imperanda est quies, somnus, abstinentia, & roborandus ventriculus aut fots, aut inunctione. Fots potest fieri eiusmodi:

℞ Rosismarin.

Menthæ a. p. j.

Rosar. rub. p. ß.

Decoq. in vino s. q. & fomentetur ventriculus humectata spongia cum decocto, sed expressa inter duas quadras. Si caput per se dolet, nō cōquiescet dolor, nisi materia ad aliquam partem deriuetur à natura, vel eadem euacuetur. Euacuationes capitis non tentandæ, nisi vel benè euacuato toto corpore, vel medicamentis paulatim educentibus, eaque sunt tutiora, ac rectè dantur ante cœnā, vel post cœnam exiguam & parcā, quatuor horis antè, seu hora decubitus. Fuit hoc Fernelij secretū, quod multis profuisse aiunt:

℞ Aloës

℥ Aloës rosat. ʒ β.

Sp. Elect. de gemmis ʒ β.

Misc. & reformentur pill. N. vij.

Sumantur aut, vt dixi, semper diebus alternis. Deinde & caput rectè expurget, & tutò p apophlegmatismata, inter quæ tutissimum est vti isto gargarismate:

℥ Origan. Rutæ, Hislopi,

Rorismarin. a. m. β.

Rosar. rubear. p. j. Pyrethri ʒ iij.

Zinziberis ʒ j. Decoquantur in

lib. ij. aquæ puræ ad decocti consumptionem mediam. Colaturæ expressæ & depuratæ adde aceti acerrimi q. s. & detur in vitro. Hæc iube vt diligenter vsurpet, additis iis cautionibus, quas addidi. Qd̄ si grauioribus remediis deinceps opus fuerit, maturè me moneto. Vale, & focerum tuum ex me saluta. Dab. Pragæ Kal. Nouemb. An. 1581.

M. Martino Weinrichio, Ioh. Crato, &c. S. D.

MVLTVM diuq; Beniuenium, de miadis morborû curationibus, quæ tui in bibliotheca mea, neq; vllis vestigiis reperire potui. Sed quæ te eius lectio-

nem expetere animaduerto, iterū atq;
 iterum curabo inquiri, & nisi quis eum
 abstulit, quod in multis conqueror, in-
 uentum statim mittam. Nunc mitto ma-
 gni illius Philosophi cōtra grauissimum
 Germaniæ nostræ Philosophum disputa-
 tionem, in quibus sanè est aliquid, vt vi-
 debis, quod non prorsus consideratione
 indignum videtur. Tu capita accuratè
 cōsignato, vt soles, & ad methodū tuam
 reuoca. Quod ad catarrhos attinet, quo-
 rum in priore tua epistola mentionē fa-
 ciebas, illud cogitare te volo, & in catar-
 rhis, & sputo sanguinis, non satis mihi tu-
 tum videri nimiū diu & sæpè eclegmatis
 vti, quia non tā illabuntur pectori, quàm
 ventriculum & epas debilitāt. Inde cru-
 ditatibus auctis caput magis repletur, &
 obstructions propter eclegmatum dul-
 cedinē, quæ facit vt simul crudi humo-
 res attrahantur, fiunt, ac nō rarò ita tem-
 peramentum epatis corrumpitur, vt hy-
 drops cōsequatur. Itaq; tutius est in istò
 casu vti bechicis, quæ in ore retinētur, &
 fumis, vt ex tussilagine sicca & similibus.
 In pauperum curatione, qui colicis do-
 loribus

loribus infestantur, allium teratur cū sale, & vmbilico applicetur. Si dolor est ex ventositate tantum, soluitur recondito milio in sacco & calidè adhibito. In fluxionibus obseruabis materiã sepe mixtã esse, & maximè ad tenuem esse in curatione respiciendum. In crassis fluxionibus N. adhibuit decoctum hissopi & rutæ cum melle pro gargarismate. Id rectè fit in crassa materia, quia valdè abstergit. Utatur aut isto decocto p̄ gargarismate:

℥ Furfur. tritici m. j. Decoq. in aqua pura, addito melle, & benè desputetur, vbi resederit, percoletur. Vulgò in principiis fluxionum vt̄tur tali, quia semper in principiis fluxionum astringentia vel roborantia sunt adhibenda:

℥ Aquæ prunell. ℥ j.

Diamor,

Dianucum a. ʒj s̄. Misc.

Vbi graues sunt exulcerationes ad detergendum admiscetur mel, & interdū vna vel altera gutta olei vitrioli. Oleum enim vitrioli melli commistum ita, vt ad vnciam vnam mellis rosati gutta vna vel altera adiciatur, plurimùm in vlceribus

oris & gingivarū valet. De Podagra nuper tibi multa communicavi. Dolorem podagricum sedat, & citò ad maturitatē perducit, si vitellus oui misceatur vino, & tepidè applicetur. Vsitatum remediū est applicare, panē album imbutum lacte, cum vitello & croco cōmistum. Sed quia relaxat, & fluxioni quasi aditum parat, non tutum iudico. Omnia verò quæ in doloribus adhibentur, priusquam siccantur, detrahenda sunt. quia siccata cū poros obstruant, dolorem augēt. Tu verò *σωμαπρόησις* Montanicarum lectionū, quam adeò feliciter me Authore in manus sumpisti, & bonam earum partē in optimum ordinem redequisti, ne deponas, etiam atq; etiam oro. Mea opera si egebis, nullibi tibi decro. Benè & feliciter vale. Anno 1583.

*Finis libri Quarti Epistolarum
Medicinalium.*

SUCCINI
HISTORIA,

Breuiter & succinctè descripta,

A

CLARISS. VIRO, DO-
MINO,

D. ANDREA AVRIFABRO,
VRATISL. Quondam Illustriss.
Principis Borussiaci Medico
dignissimo,

*Et nunc primùm studio &
opera,*

LAVRENTII SCHOLZII
MED. VRATISL.
in lucem edita.



NOBILISSIMO ET CLA-
RISSIMO VIRO,

DN.

CAROLO CLVSIO
ATREBATENSI,

Philosopho, Medico, ac Botanico
nostri temporis celeberrimo,

*Amico suo plurima ac perpetua
obseruantia colendo,*

LAVRENTIVS SCHOLZIVS
MED. VRATISL.

Historiam hanc de Succino, syn-
ceræ amicitiae causa,

D. D.

LAV-

LAVRENTIVS SCHOL-
ZIVS MED. VRATISL.

Omnibus sanioris Philosophiæ
studioſis ſalutem;



ONSIDERANTI mihi in-
ſignem cum utilitatē, tum di-
gnitatem cognitionis Natura
rerum, ut qua non ſolum men-
tes noſtras ad Dei optimi Ma-
ximi, rerum omnium Conditoris, agnitionem
deducat; verum etiam Artificis ſummam ſa-
pientiam, potentiam, ac bonitatem nobis ſatis
abundē declarat, opera pretiū mihi facere vi-
dentur, qui rerum naturalium inueſtigatione
dies nocteſq; occupantur. Lubentius autem de
iis rebus cogitationem ſuſcipimus, qua vel ra-
riores ſunt, vel propter venuſtatem, ac nō con-
temnendam in vita communi utilitatē, apud
eos, qui iudicio aliquo præditi ſunt, admiratio-
nem merentur. Hinc præclare admodū Prin-
ceps Philoſophorū ait: Homines ppter ad-
mirationē & nūc, ac initio Philoſophari
cœpiſſe. Proinde nō mirū tam multos ex ve-
teribus varia de Succini origine, quod nō tam

tum maximū in re medica usum habeat; verum etiam sua pulchritudine quemuis facile in sui amorē alliciat, conscripsisse. Ac licet in hac mentis nostrae caligine, ac cōditionis vitæ brevioris, naturam rerum satis scrutari, earumq; causas inuestigare nequeamus, tentare tamen aliquid, ac prodire tenus, si nō datur ultra, sua quoq; laude minimè caret. Inter Recentiores autem, qui aliquid de Succini Historia cōmentati sunt, non postremum locum, meo quidem iudicio, obtinere videtur, Vir celeberrimus, Dn. D. ANDREAS AVRIFABER Vratisl. Affinis meus charissimus, quondam Illustriss. Principis Borusiaci Medicus ac Consiliarius intimus. Cū autē illa, quæ Germanico idiomate ante multos annos de Succini materia, diuersis eius nominibus, locis in quibus generatur, illius collectione, differentiis, vtilitatibus, ac Olei destillati viribus, prolixè exposuerat, paulo ante mortē scripto Latino breui admodum & succincto, nondū, quod sciam, in lucem edito, complexus sit; intermittere non potui quin illud iis, qui harum rerum indagatione mirum in modum delectantur, syncerè communicarē. Gratiam aut, quantū possum, habeo maximā, Doctissimo, ac ob eximiā Poeseos

seos & Græcæ linguæ scientiâ Excellentissimo
 Viro, Dn. M. NICOLAO STEINBER-
 GERO, Scholæ nostræ Elisabethanae Rectori,
 ac reliquarum Inspectori dignissimo, amico meo
 unice colendo, ex cuius Bibliotheca instructissi-
 ma Commentariolum hunc de Succino nactus
 sum. Hortor autem sedulo omnes Bonos, ut huius
 Optimi Viri exemplum imitentur, ac si quid ta-
 lium utilium scriptorum in potestate sua habet, ea
 diutius apud se latere non patiantur, sed fide-
 liter publici commodi causa divulgare non dedigne-
 tur. Verum cum petitio ista mea commune Bonum
 spectet, plura in presentiarum hac de re verba
 facere desino. Et hac nunc habebam, qua huic de
 Succino historiola, ne illa cum eo non & negotium in-
 lucem prodiret, præfationis loco præmittere vo-
 lui, quæ ut eo animo, quo à me scripta sunt, ac-
 cipiantur, inque meliorè partem interpretentur,
 maiorè in modum peto. His benè ac feliciter va-
 lete, Lectores candidissimi, meque sincero animo
 Clarissimorum virorum monumenta. Posteritati,
 ut spero non ingrata futura publicanti, quod mu-
 tuo facietis, amate. Data Vratislaviæ, die Con-
 uersionis S. Pauli Apostoli, Anno 1593. Cuius
 curriculum, ut toti Orbi Christiano faustum,
 felix ac salutare sit ex animo precor.

TOBIAE FISCHERI, PHILOS.
& Med. Doctoris;

Ad Clariss. Virum,

Dn. LAURENTIVM SCHOL-
ZIVM, Medicum Vratista-
uiensem, Hendeca-
syllabum;

QUI dignas tibi gratias rependet,
Qui tot sustineas lubens labores,
Tot negotia tantum amore, melius
Ut prodesse queas, iuuare multos,
SCOLTE TE Aonij corona cœtus
Et lux i atrica decusq; gentis?
Dum quæ pressa prius manu inuidente,
Paucis visa, recondita & latebant,
Doctorum monumenta, litterasq;
Claras multi iuga eruditione,
In lucem statuis manu benigna.
Sic votis faueat tuis Apollo
Aspiretq; tuis precamur ausis,
Porro consilia artis ut medendi
Quæ per multa tenes, negare nolis.
Sic vitæ am poteris decusq; fama
Litteris simul atq; litterariis
Æternum reparare, sic perennis
Te ipsum gloria, sic honos sequetur,
Sic & posteritas tuum per orbem
Gratiani celebrabit ore nomen.

Ad Cla-

Ad Virum Clariss.

D. LAURENTIUM SCHOLZIUM,
MEDICUM Vratislaviensem;

Magno tui SCHOLZI geniū pernobilis Horti,
Ingeniumq; tuum quis neget esse pares?
Illic concilio flores, herbasq; coactas
Cernimus, inq; unum sponte coire locum
Plantas indigenas, & quas parit Itala tellus,
Quasq; sub australi climate Roma fonet:
Cœlū, non hortū magna intra mœnia BRESLAE
Sæpius ut fueris visus habere mihi.
Quotq; nitent horto flores, herbaq; tot artes
Pectoris illustrant interiora tui.
Paucior haud animi penetrabilibus abdita rerum
Cognitio est, vis non ingeniiq; minor.
Quod nunc Marte suo inuentas res edit in auras,
Inuolui tenebris nunc aliena vetat.
Hoc tantum discrimē inest animū inter, & hortū:
Flore peregrino nobilitatus hic est:
At tua mens SCHOLZI promēs exotica, quāvis
Nobilia ex sese, nobiliora facit.

ALBERTVS FRIDERICVS
Mellemanus, I.C.

ANDREÆ AVRIFABRI
MED. CLARISS.

*Ad Candidum Lectorem Proæt-
mium.*



VM Ars sit longa, vita breuis, occasio præceptis, experimentum periculosum, iudicium difficile, vt Medicinæ Princeps in doctrina Aphoristica refert, plurimum conferre arbitror, cum studiosis omnibus, tū in primis Arti Medicæ deditis, colligere ac cōscribere sibi methodum, certumq; compendium ex probatissimis Authoribus, & lectionibus maximè frugiferis. Hoc enim pacto fiet, vt quæ abstrusissima & incognita tibi sint, quàm familiarissima & notissima fiât, facillimè quoq; quæ recta prauaq; sunt, diiudicabūt. Quare & ego operæ pretium esse duxi, cum in animo haberē memoriæ mandare totam Succini historiã, vt optimorum Authorum ea de re probatam & inuestigatam sententiam paucissimis quidem, attamen perspicuis verbis in certa capita distribuere & digerere.

Quam-

Quāuis autē nō ignorem, me tanquā Tyronem in hisce rebus inuestigandis longè esse imparē: tamē cū tandem quid audendum sit altiora petēti, mālō in hoc potius peccare, quōd dicar nimium audax, propter studium & percipiēdæ huius artis, quā nimium verecūdus, propter tarditatem & ingenij torporē. Spero quoq; bonum & candidū quemlibet, cognito meo animo, mihi potius multa condonaturum, quā ad viuum omnia reuocaturū, si quid vel minus exactè, vel nō satis aptè fuero persecutus. Nam neminem credo fugere vulgatū & tritū illud prouerbiū: *Qui nunquam malè, nunquam benè.* Sed hæc nunc sufficiant. Ad partiemur hunc tractatum in septē capita;

- I. *Indicābimus quid sit succinum.*
- II. *Quæ sint ipsius nomina.*
- III. *Quibus in locis gignatur.*
- IIII. *Quo pacto colligatur.*
- V. *Quæ sint ipsius differentia.*
- VI. *Quæ ipsius utilitates & vires.*
- VII. *Aliquid etiā adiciemus de virtutib⁹ olei ipsi, q̄ artificiosa destillandirratione elicis.*

CAP. I. *Quid sit succinum.*

NVLLVM est dubiū, quin succinum sit ex bituminosa substātia, effluente è terræ venis in mare, in quo agitatū tandem in lapidis duritiem concrefcit. Esse autem succinum succum terræ pinguem & bituminosum communi experientia comprobati potest. Nam incensum ardet instar bituminis, vel sulphuris, eiusq; odorem reddit, liquorē quoq; & colorem eius dissolutum refert, quod certè neq; lacryma, neq; gummi præstare potest. Deinde artificiosa succini coquendi ratio hanc nostram sententiam quoq; cōprobat, qua partim vertitur in oleum sui coloris, partim in bitumen nigrum, purpureumq; partim in cinerem nigrum, subpallidū, candidū, & in tenue quiddam, quod sali simile est. Quare nil me mouent aliorum sentētiæ & opiniones, qui vel lacrymæ, vel gummi speciē succinum esse autumāt, propterea quòd in eo interdū reperiūtur festucæ, algæ, herbarum stipites, folia arborū, culices, muscæ, formicæ, aranæ, erucæ, & similia, quæ omnia putant incidere, cū effluit

fluit ex arboribus. (Firmiorem enim rationem habere nequeunt,) cùm tamen idem vsu venire possit, vbi effluxũ è terræ meatibus adhuc liquidũ propter pinguedinem, seu oleaginositatem & leuitatem, quæ ipsi insunt, sursum ad superficiẽ feratur, ac aquæ innatet, insertis scilicet prædictis omnibus, aut sua sponte, aut vi tempestatum, vel ventorũ, aut alio pacto in mari eò delatis, siquidem & pisces, & oua piscium ipsi inuoluta reperiuntur, quæ utiq; in aqua immiscentur.

CAP. II. *De nominibus & appellationibus succinorum.*

DICTVRVS de nominibus & appellationibus succini, necesse est vt principio dicam de nigro, seu Gagate, & illud quasi segregem ab aliis succini speciebus & differẽtiis, cùm & nomina sint ipsi peculiaria, & ex impuriori & crassiori bitumine ortum habeat. Dicitur autem nigrum Carbo, Gagates à Gaga Lyciæ fluuio. Strabo vocat Gingitin. Nicander Thracium lapidem. Dicitur & lapis obsidianus, quòd ab Obsidio in

Æthiopia inuētus sit, &c. Et ea nomina
 partim à nigredine, partim ab Authori-
 bus, à quibus inuentus est iste lapis, par-
 tim & à locis, in quibus reperitur & col-
 ligitur, sortitus est. Præterea sunt qui ar-
 bitrātur Samothraciam gemmam Plinij
 nihil aliud esse, quàm gagaten politam,
 quia & idem color tribuitur ei à Plinio,
 eademq; leuitas. Hoc de Gagatis nomi-
 nibus dixisse satis sit. Aggrediemur & a-
 liarum succini specierum appellationē.
 Succinum reliquorum colorum propriè
 nuncupatur succinum à Romanis, quia
 ex succo concreuit, nō quidē arborum;
 sed ex terræ visceribus emanante, & di-
 citur Græcis ἡλεκτρον & ὄπαιξ, quia tritum
 calefactumq; attrahit & allicit ad se pa-
 leas, & res minutas, non secus ac magnes
 ferrum, Persis Carabe, Arabibus ambra,
 veteribus Germanis glessum, hoc est, vi-
 trum, vel vitreum, quia vitri instar pollu-
 cet, quædam differentix sunt pellucidæ,
 utpote fulua & Valeria. Nostris *Agestein*,
Bornstein, Brutenis Gentarus, Sacal Æ-
 gyptiis, Sacrium Scythis, Lyncurium &
 Langurium aliis. Atq; hæc de nominib⁹.

CAP. III. *Quibus in locis gignatur succinum.*

DICENDVM nunc est de locis, vbi gignitur, & exoritur succinum, siquidem varia à cōpluribus Authoribus annotantur loca. Nam plurimi consentiunt, maximam ipsius copiam gigni in Insulis septētrionalibus, vtpote Tacitus, Plinius, Nicias, & pleriq; alij. Item in Italia, Hispania, Liguria & alibi. Cū autē ea de re nihil certi mihi cōstet, tanquam ignaro & imperito eorum locorum, tantum de eo succino, quod in Borussia colligitur dicam, vbi maxima copia colligitur. Nam à fide dignis audiui, quotannis ex eius venditione ad Ducem Borussię redire viginti, vel triginta millia marcarum Brutenicarum, plus minus, prout ventus, & fluctus sint secundi. Meritò igitur à veteribus, siue Germanis, siue aliis nomen ipsi regioni Glessarię insulę inditum est, propter maximam copiam Glessi, id est, succini. Sed de hoc in sequenti capite plura, in quo de ratione capiendi succinum differemus.

CAP. IIII. *Quo pacto colligatur.*

Res & ordo nunc postulat, etiam aliquid de modo & ratione capiendi & colligendi succinum in medium proferre. Cùm autem ea de re ita dilucidè, ita perspicuè & verè scripserit Vir clarissimus, & ab omnibus meritò magnificendus, tum ob singularem, tum ob miram in tradenda vera & genuina sententia dexteritatem GEORGIVS AGRICOLA, vt qui & capturæ ipsius interfuerit, vt quod addi possit nō videam, potiùs ipsius verba hīc inserā, quàm vt noui aliquid tentare velim. Hæc autē ipsius sunt verba: Sudinorum, qui in illa peninsulæ parte iuxta Brustā habitant, supra triginta sunt vici, quorum incolæ iam inde à vetustissimis temporibus succinum tanquā pisces reticulis capiunt, atque id quondam cùm liberi & sui iuris essent fecerunt sponte, nunc serui & alieni iuris Germanorum, qui ipsis imperant, iussu faciunt coacti. Rationem verò capiendi succini quasi de manu, vt aiunt, in manum traditam, eos vsus experiendo edocet. Igitur cùm aut Fauonius, aut Corus, aut Thra-

scias

scias mare vehementius commouerit, omnis Sudinorū multitudo certatim ex his vicis noctu æquè, ac interdiu, cōcurrat ad eam regionem littoris, ad quam istorum ventorū quisq; solet fluctus impellere, & ferunt viri reticula cōtexta & affixa ad anteriores longarum perticarū partes, furcarū instar ita diductas, vt vlnā pateāt vnā, mulieres afferūt ad victum necessaria. Itaq; ventis iam sedatis, sed mari æstibus adhuc feruente, nudi cum fluctu recedente currunt in mare, atque ex eius fundo succinum, quod appellit secundus fluctus, hauriunt reticulis, simulq; euellunt herbā pulegio non multò assimilem, quæ in eodē creuit. Quamprimum autem hauserint succinum vnā cum secundo fluctu accedente ad littus redeunt, in quo vxor cuiusq; ipsum è reticulo effusum seruat, & ab herba & aliis secernit, qua in re liberi, si sunt, ei veniūt adiutores, quæ vxor tempore anni frigido vestibus ad ignē calefactis nudum algentis mariti fouet corpus, ne frigore nimium lædatur, vt repenti denuò in mare possit recurrere. Incurrit verò vsq; ad

eum finē dum succinum defecerit. Hæc Georgius Agricola. Hoc autem loco nõ inficias eo exsculpi etiam & ex terra effodi succinũ, sicut Dantischi & locis quibusdã vicinis Oceano Germanico. Accidit tamen absque dubio hac de causa, quod olim neglectum, minoreq; diligentia & sedulitate collectum arena littoris fit obrutum. Eruitur autem succinum, vbi arenarum cumuli, quibus obrutum fuit, diducuntur ac vertuntur. Interdum remotius à littore eximitur, & tunc fossores satis amplas fossas agunt quadrangulares plerunque, non tamen multum profundas, in fundũ fossæ palos aliquot acuminatos magno conatu dimittunt, atq; hinc & illinc palos manibus ducunt fortiterq; commouēt, vt hoc modo fundum fouearum & fossarum pertundant, & satis ampla foramina relinquunt. Id vbi sæpius facti tarunt palos extrahunt, subsequitur & scaturit statim aqua, qua simul succinũ, si quid latebat ac relictum erat, cum reticulis totam fossam aqua impletam explorant, & succinum extrahunt.

CAP. V. *De succinorum
differentiis.*

CVM differentia succinorum præcipuè quatuor sint, consistâtq; in colore, sapore, odore, & duritie. Primò dicemus de coloribus vulgaribus alios cõplectētibus. Est quoddã colore nigrum, quod Gagates propriè dicitur, & illud ex manu sæpius euicitur, sepissimè quoq; ex terra effoditur. Illud verò quod propriè succinum dicitur à Romanis, est vel album. Contrahit autem albedinem, cùm diutius agitando in mari exactiùs percoquitur, estq; optimum atq; maximi precij & vsus, vel Falernum, quod decocti mellis colorem præ se fert, vel chrysoletrum, sic dictum, quod ad auri colorem proximè accedit, Latinis aureū seu croceum dici potest, & est pellucidū, à Scythiis Sualternicū dicitur, vel est cinereū, id est, impurius cineris referens colorē. Et hæc sunt vulgatissima Latina nomina continentia & complectētia omnia nomina Germanica, quorum maxima est copia. Secundò est & differentia in saporibus, vnum enim sapidius est altero,

nigrum verò inspidū existit, candidum in pingui dulce, minus dulce cui reliqui colores insederunt. Tertiò succinū quoque à succino differt odore. Nam etiā omnia ferè referant & oleant myrrham candidam: tamen est multò præstātius, molle verò nondumq; cōcretum, quod rarò tamen reperitur, castorei ferè odorem habet. Quartò duritie & soliditate aliud vincit aliud. Nam nigrum durissimum est, secundo loco album, deinceps alia.

CAP. VI. *De succinorum
utilitatibus.*

POST QVAM ea, quæ voluimus, hætenus exposuimus, restat nūc, vt de utilitatibus & vsu succinorum quoq; disseramus. Quare multiplicem ipsorum vsum breuissimè explicabimus. Succinū elaboratum varias dat figuras. Nam ex eo globuli, annuli, cochlearia, vascula & imagines variarum rerum, cuiuscunque fuerit coloris, comparantur, sed ex candido sunt preciosissima omnia. Ex ramētis fiunt pulueres suffumigatoriij aduersus pestem. Coquitur & ex iis vernix,
Germa-

Germanicè *Ferniß*, cuius multiplex vsus est tam Pictoribus, quàm Typographis, & aliis artificibus. Quod autem ad Medicinam attinet, habet vim cōglutinandi, constringendi, illinendi, exiccandi, comminuendi. Itaq; potum sistit omnē fluxum sanguinis, fluores alui, fluxiones ulcerum, capitis destillationes, tōsillisq; & faucium vitiis resistit, robotat viscera & cæteras corporis partes, & quia est odoratum, cordi vtile est, ideoq; non incommodè medicamentis Pesti & venenis aduersantibus miscetur, medeturq; epilepsia, paralyfi, cordis tremori, imbecillitati ventriculi, vitiis epatis, icteritia, nephriticis, calculo, dysuria, pellitq; abortum. Quare & ex eo optima conficiuntur medicamenta, & ad plurima salutaria, ex quibus non contemnendi sunt pastilli, item pillulæ cuiusdam senis, diligentis obseruatoris succini, præseruâtes stomachum ab omni læsione intrinseca, nec permittentes putrefieri humores in eo. Nam abstergunt & mundificant rugas, parietesq; ventriculi, & confortant cor. Quare euenit, vt qui assiduè iis vta-

tur, permaneat illesus à dolore stomachi
& capitis, reddaturq; hilarior, Renes in-
super & matricem purgant, mireq; con-
ferūt oculis, quarum descriptio hæc est:

℞ Gentari, hoc est, succini subtiliter
puluerisati.

Mastich. an. ʒβ.

Aloës optim. ʒ x.

Agarici boni ʒ iij.

Aristoloch. rotund. veræ ʒ j.

Misceantur omnia, & cum syrupo de ab-
sinthio, vel de succo betonic. confician-
turq; pillulæ vij. ex ʒ j. Dosis earum sint
duæ, vel tres, vel quinq; ante introitum
lecti.

CAP. VII. *De viribus & utilita-
tibus olei sacrat.*

VT finem nostro labori imponamus,
addemus pauca de huius olei viri-
bus. Appellatum autem fuit hoc oleum
à veteribus sacratum, hoc est, res sacra &
admiranda, nimirum propter vires eius
mirabiles & arcanas. Habet enim easdē,
quas succinum, verum multò efficacio-
res. Nam quicquid efficacix, vel virium
in quinque, sex, septemve Libris succini
inest,

ineft, in vnā librā redigi poteft. Quare plurimū confert epilepticis, paralyticis, fpafmaticis, & mulieribus patientibus fuffocationem matricis. Confortat etiam fœtum in vtero. Atq; hæc de hiftoria succini in mei & vtilitatem & exercitium conſcribere volui, vt & veram ſententiā Authorum aſſequerer, & eam tenacius retinerem. Peto itaq; mirum in modum à quolibet candido, vt hunc meum laborem boni cōſulat, & pro ſuo arbitrio, vel demat vel addat, ſi quid non ſatifeci Authorum ſententiæ, vel minus perſpicuè ipſam reddidi.


F I N I S.

CANDIDO LECTO-
RI S.



VM fortè fortuna inter alios
de variis rebus sermones apud
Clariss. virū, Dn. IACOBVM
MONAVIVM, summū ami-
cum meum, Succini Prussiaci
mentionem facerem, ipsiq; me breui illius hi-
storiā, à Dn. D. ANDREA AVRIFABRO,
Medico Excellentiss. conscriptam, Quarto
Consiliorum & Epistolarum Medicinalium
libro, quem nunc ad editionem adornare, ad-
nectere constituisse insinuarem in memoriam
tibi hac occasione reuocauit, Carmen quoddā
de eadem materia, lectione dignissimum, ante
decennium Cracouiae in lucem produisse, idq;
commodè, suo quidem iudicio, huic commeta-
riolo adiungi posse. Cū itaq; illud, à me roga-
tus, mecum libētī animo communicarit, quo
quidem nomine gratias quas possum ipsi ago
maximas, certōq; sciam pauca admodū Car-
minis huius suauissimi exempla extra Regni
Poloniae limites peruenisse, intermittere non
potui, quin illud cōmunis vtilitatis causa nunc
publicarem. Quod propositū meū vt equi bo-
nig; consulas per amāter oro. Vale, & me ama.
DE R. A.

DE RANA ET LACERTA,
 SUCCINO PRVSSIACO
 INSITIS.



DANIELIS HERMANNI
 PRVSSI,

Discursus Philosophicus.

Ex quo occasio sumi potest, de cau-
 sis Salisfodinarum Cracouien-
 sium naturalibus ratio-
 cinandi.

DE RANA ET LACERTA
 SUCCINO PRUSSIAE
 INSITIS;

Insitam in Electro Ranam, tremulamq; lacertam,
 (Qua Iasius Gedani monumenta insignia seruat,
 Digna Monarcha aliquo, & totum memorada per orbem)
 Fert animus celebrare. Veni nunc dexter Apollo,
 Dum mihi Natura canitur mirabilis ordo.

Nam quis fortuitus parua ò reptilia casus
 Intrare hac quondam pellucida succina iussit,
 Has intrare domos? Facile olim intrastis in illas,
 Sed reuocare gradum superasq; euadere in auras,
 Vos vetuit natura isti mira insita Naphta,
 In qua vestra manent aeternam corpora clausa,
 Qua nec putredo absumit, nec longa vetustas:
 Tantum robur inest huic Naphta, tantaq; Virtus.

Aspicis Et stes adhuc illaso corpore Rana?
 Rana gerens Viridem ceu nuper nata colorem.
 Vt pedibus distenta est? Et toruumq; tuctur
 Lumine distorto? & saltum Velut &sq; minatur,
 Et quasi contendit patulas exire sub auras.
 Abnegat Electri massa indurata regressum.

Frusto alio exiguos tremebunda Lacerta lucertos
 Ne quicquam extendit, sinuatq; &olumina cauda
 Tortulis: & squamae apparent per terga minuta:
 Et parui Unguiculi: deformes pandit hiatus
 Os, in agone olim lucta q; in mortis apertum,
 Quando animam euomit crebris singultibus actam:
 Sanguinis hinc sparsi: Vestigia Vina super sunt.
 Heu misera Et voluit caueam euitare futuram?
 Suauis odor pinguis terra penetrare caernas
 Impulit: hic illam liquido implicuitq; Electro.
 Vix ambas melius Cois depingat Apelles:
 Vina representant sic Vina membra coloret.

Felices

Felices ambæ: atque æterno nomine claræ:
 Quas talis succus tumba tumulavit odoris.
 Nobilius nullum poterant reperire sepulchrum.
 Hunc ego non dicam manare ex arbore succum,
 Aut maris è spuma, Helyadum lacrymisve gelatis,
 Equæ aliis causis multorum somnia vatam,
 Quas passim memorant: maiori in Æagine digna
 Res ea, me cogat genitalis viscera terre
 Rimari, abstrusus propiusq; inquirere causas.
 Terra parens rerum, quas machina continet orbis,
 Intus habet varios, mira ratione, meatus,
 In quibus arcæno effingit natura labore,
 Diversas specie res, & diversa creata.
 Hinc tot opes, hinc effodiuntur totq; metalla:
 Hinc venit argentum, stannum, plumbumq; chalybsq;
 Quæq; referre mora est: hinc ferrum prodit & Aurum.
 Sic oleum exesa destillat nobile petra:
 Sic quoq; Prussiacis quæ multa leguntur in oris
 Succina, credibile est, fluidum illa fuisse bitumen,
 Tunc sibi materies stillans ab origine prima,
 Igne tepebat adhuc & succo fluxit odoro.
 Quem simul ac mare suscepit, gelida ocypus vnda
 In lapidem & concretam vertit frigore massam:
 Quæ tandem gravitate sua descendit ad imum
 Equoris: hinc illam exorti cum turbine venti
 Eruat natura maris Tunc rustica turba
 Hamo instructa levis, nudat atq; corpore, saltu
 Littoribus vicina vada intrat, subter & vndas
 Hanc haurit massam, rursusq; ad littora prodit.
 Nec tantum ratio, verum experientia & ipsa
 Crebra docere potest, obscura nocte per umbras
 Sulfuream velut imis flammam exisse cavernis,
 Montosum ad litus miseris Sudantibusq; propinquum.
 Sive ergo illa fuit projectum è viscere terra
 Exesa aut rupis vena interiore bitumen:

Seu vapor, internum designansq; halitus aërium,
 Communis sensus tamen hoc concedere cogit,
 Non nisi præpinguis generari in viscere terra,
 Multus vbi vapor, & multus calor aëstuat intus,
 Materiam hancq; coquit, coctamq; extrudere certat.
 Proprietas manet hinc illi: facile arripit ignem,
 Et naturali attractu stipulam eminus haurit,
 Hac vbi materies manibus tractata calefcit.

At quod arenosa in tellure Electra reperta
 Nonnulli referunt, in agris Germanidos ora
 Fossa quoq; interdum: hac preciosi muneris instat
 Fortè quis infodit belli flagrante tumultu.
 Illa autem tumidis procul arbitror acta procellis
 Ad loca, quæ quondam mare erât, nunc campus apertus.
 Verùm esto: inuenias terra Germanide Naphtam
 (Sed non inuenies) quaras siccisq; in arenis:
 Non tamen hanc gustu, formæ, virtute, colore,
 Equiparare queas isti, quam continet æquor,
 Æquor in arctois, quod Prussos aluit, oris.

Nunc si displiceat terra, aut è monte canato,
 Littoribus vicino tale exire bitumen,
 Inde mari iniectum solida indurescere massa,
 Ad fundum maris arcanas bullire scatebras
 Pone, vel æquoreis sub rupibus affere easdem,
 Arcano pinguem intus Naphtam agitare calorè:
 Iphis quæ tandem ebullit protrusa scatebris,
 Et protrusa statim gelidis durefcit ab undis.

Ergo maris fundo hanc siquidem scrutamur in ima
 Alterutrum ex illis certum, & verum esse duobus,
 Non sum animi dubius, sed quæ ratione, modoq;
 Bestiola hac intrent pellucida succina multa,
 Dicere difficile est. Si summis innat. at undis
 Naphtæ recens & adhuc fluidus liquor, appetere illum
 Credibile est & apem, paruumq; volatile Muscam.
 Litus in extremum sin Naphtam vena reiectet,

Margine in extremo glomeratur paruula quæq;
 Bestiola, & tali succo oblectatur odoro.
 At simul aduenit cumulo præruptus aqua mons,
 Obruit has omnes, & littore lambit ab alto.
 Sic in discosum illapsum reptile bitumen
 Hæret, & inflexa, rapit (velut arbitror) vnda
 Materia, simili super affuso de liquore,
 Voluitur in præceps, cauea tumulatur & ista.
 Res patet exemplo Nam quædam ingentia Naphtha
 Frustra videre licet, quibus vnda includitur intus,
 Huc illuc resfluens: crescitq; vbi Delta, crescit
 Intus aqua: haud vquam penitusq; absumitur intus.
 Ergo aliquis castus succo isti forte fluenti,
 Hanc insudit aquam, massa inuoluitq; cauata.
 At quid non vnda exicetur, res ea mira.
 Siue quod Electrum putredine prostris ab omni
 Immune, inclusa in sese incorrupta reseruet:
 Siue sit haud vulgaris aqua, at qua forsitan huius
 Participet causam Naphtha, arcaniq; suavis.
 Quicquid id est, certe non est sine numine Diuum.
 Hactenus externa per quas animalcula parua
 Hac intrare queant pellucida succina cause.
 Sin magis aridet sententia: forsitan in imis
 Visceribus terra perfecte hæc omnia nasci,
 Naturam arcana statuas virtute creare,
 Res intus variis. Sic putri è ventre Cicada,
 Papilio vernam pennis emergit in auram,
 Cumq; estare perit. Putrefacto viscere tauri
 Florilega nascuntur Apes: spina eq; medulla.
 Exoritur serpens, homo quando putrescit humatus.
 Crabrog; feritur equi putrefacto è viscere nasci.
 Sed quid in his moror exemplis: hoc occidit, illud
 Exoritur rursum: vniis corruptio & entis
 Alterius noua fit versa generatio forma.
 Non igitur dubium gremio telluris in imo

Esse vias aliquas, sparsasq; hinc inde cauernas,
 In quibus effingit putredo animalcula parua,
 Quae loca si tangant tepidis vicina scatebris,
 In quibus Naphta recens generatur & è quibus exit,
 Illam aduent facile, & facile inuoluuntur in illa:
 Solamenq; mali tumulto conduntur odoro.

Tertia restat adhuc grauis hac & opinio, restat,
 Quaeq; suis firmis innititur argumentis:

Fingere naturam tantum has per succina formas,
 Caelitus impressos & inanes esse colores.

Quotquot enim in partes massam secuerè minutat
 Rem perscrutati, Vestigia nulla, nec Villas

Reliquia potuerè Villius cernere membri,
 Sed solidum videre intusq; extraq; bitumen.

Sic lapides nigri fossi in Germanide terra,
 Sape representant natui squamea piscis

Terga, sed impressas, & inanes esse figuras
 Sapius ostensum est, multusq; innotuit oris.

Me tamen hic dubia torquet sententia mentis,
 Dum cruor ille intus pressa sub ventre Lacerta

Est visus fluere, & sese hinc atq; inde mouere:
 Apparetq; intus spaciū restare fluoris.

Sic & aqua inclusa Electro qua fluctuat intus
 Efficit, ut dubius sensu in contraria ducar.

Quid si ea sit Naphta, neque enim vis illius omnis
 Nota sat est) Virtus? ut dum calet, atque prehendit

Bestiolas tales, ceu Sol tenuissima qua q;
 Atque atomos transit: sic se transfundat in illas

Arcana virtute sua, arcanog; calore:
 Transmutetq; potest quicquid putredine obire,

Actantum restet de corpore inanis imago:
 Cetera at in solidum conuersa abeant Electrum.

Non ausim hoc equidem affirmare, inquirere at ausim,
 In noua mutatas quando aiunt corpora formas,

Quarere fas mihi sit, quid enim quae fuisse nocebit?

Sed quia consensus scriptorum nemo priorum,
Tantaq; natura arcana indiscussa videmus,
Et certant Physici & palmam tulit antea nemo,
In medio hæc alius quoque discutenda relinquam.

At qualis Virtus, quæq; Vis sit insita Naphtæ,
Dicere res grauis est: atque otia plura requirit:
Namq; oleum ex isto stillatur nobile succo,
Auxilium & variis morbis, medicinaq; præcens,
Si te discutiunt gelidi sine fine catarrhi,
Illinc gutta olei caput alto in Vertice, sistet
Paulatim exiccans, fluxus absimet & ipsos.
Sic sacchari rotulis de simplice more paratis
Si ternæ (neque enim sacchari plus librare requirit)
Gutta inspergantur, per multum roboris addunt
Languidulo cerebro. Vertigo crebra rotatum
Cui caput infestat, rotulis se recreet istis:
Disciunt enim, incidunt, flatusq; repellunt.
Atque Verant ne quid possit putredo nocere
Visceribus natura internis, spiritibusq;
Quod si ipsa non accendas massam, fumumq; suauem
Naribus excipias, aperiri, crede, meatus
Obstructi cerebri. Massa contusus ab ista
Puluis, & epotus grauidis in signe leuamen
Matribus esse solet: nam partum promouet ipsum.
Sunt plures laudes succi huius pluraq; dona,
Quæ nunc prætereo & Medicis referenda relinqua.
Hæc ego dum Veni populosam nuper in Urbem
Cracouiam, bisido quam præterit Istula flexu,
Saluo iudicio alterius, publicanda putauit.
Nunc vos ingenua præstantes arte Polanos
Quæis amor est Patria, quibus otia pluraq; restant,
Quam mihi, qui & variis huc illuc mittor in oras,
Inuito, sit rerum occasus scrutemini & ortus,
Cur sale concreti Velicenses vndiq; montes,
Tam longo tractu, & vasto pandantur hiatus:

472 DE SUCCINO PRVSSIACO.

Dum sal tot seclis homines rimantur, & Orbem
 Panè nouum edificant, suffosso monte, minorem:
 Nec finem inueniunt. Tanto se robore miscet,
 Spiritus intus agens, naturæq; alma facultas.
 Maestas & generanda loco: Vix grandius extas
 Mundo miraculum, cælesti numine plenum.

F I N I S

COMMENTARIUS
DE VERA PRAE-
CAVENDI ET CVRANDI
FEBREM PESTILENTEM
contagiosam ratione,

IOHAN. CRATONIS à
Kraftheim III Sacratiss. Imppp.
Cass. Augg. Medici
intimi,

Germanico idiomate conscriptus.
Nunc in Latinum, ex postrema &
locupletissima ipsius Authoris re-
cognitione conuersus, additis plu-
rimis remediorum formulis nun-
quam antea editis, studio
& opera,

MARTINI WEINRICHII VRAT.
Addita est eiusdem assertio Latina
pro libello Teutonice
edito.

NOBILI ET CLARISSIMO
VIRO

MEDICO & PHILOSOPHO
PERITISSIMO

D.

LAVRENTIO SCHOLZIO
VRATISL. MEDICO.

Domino compatri, & amico s.
Dignissimo,

MARTINVS WEINRICH
VRATISLAVIEN.

*Librum hunc à se Latinitate donatum,
debita obseruantia causa*

D. D.

MARTINI WEINRICHII
IN COMMENTARIUM DE
Peste Præfatio.



DUPLEX est omnis docendi ratio, una cum voce erudimur, altera cum literis. Earum prior sapientibus in antiquitate olim sola placuit, posteriori per usum alteram sunt amplexi. Quippe olim a doctrinarum professoribus ita omnia tradebantur, ut de literarum secretis nihil in libros consignaret, quod alij inde discerent. Sed quibus disciplina causa magistros ad eundem potestas erat in instituebantur oratione, domi, que audierant, ediscebant, memoria & recordatione præcepta comprehendentes, nullis externis scripturae formis confisi. Id mihi videntur institutum quatuor potissimum ob rationes diutissime multis seculis retinuisse. Primum, quoniam viva vox potest plurimum, altiusque animo insident, que pronuntiatio, vultus, habitus, gestus dicentis afficit, quamvis acriora videtur interdum, que legimus. Alterum est: Cum innumerabiles prope artes inuenta sint, que ingenio quidem constant, sed exercentur manu, discuntur autem sola institutione viva & tractatione atque usu, e libris non traduntur: fiantque omnibus in populis, omnibusque seculis fabri, statuarij, sculptores, qui libros nullos attigerunt, ex eo fieri posse crediderunt, idem in ingenuis disciplinis a solo viva vocis presidio sperari posse, ut ita addiscantur. Tertium est, quod Druidas

ut id facerent, videmus permouisse. Nolebant autem literis & scriptis disciplinarum secreta in vulgus efferi, ne ita vilesceret, si ad omnium nouitiam peruenissent. Certè quo vnumquodq; in hoc genere ad plures descendit, hoc cuius despectus metuendus est. Erant autem Druida apud veteres Gallos, qui rebus diuinis præerant, sacrificia publica priuataq; procurabant, religiones interpretabantur, deq; controuersis omnibus constituebant: unde & honor illis summus tributus fuit, magnaq; eo disciplina causa adolescentum numerus concurrebat: Et tamen cur nihil scribere vellent, rationem illam afferbant. His quartum hoc accedit, quod sapientes illi indicarent, eos qui discunt literis confisos minus memorie studere, & certè plerisque hoc euenit, ut in librorum præsidio diligentiam, attentionemq; in discendo, & memoria exercitatione ferè remittant. Itaque nonnulli, ut plurimum proficerent, videnos annos in ea disciplina permanebant: Ergo & Pythagoram, atq; Socratem magnos viros, quorum discipuli multa operose scribebant, nihil unquam literis consignasse, & a se reliquisse videmus. Quibus omnibus hoc quoque adiuuendum, vitasse ob id illos scriptiones, quod difficilem plerumque explicatum libri habent, ob verborum sententiarumq; ambiguitatem, ut ea quæ scripta sunt, sine interprete ferè non bene accipiantur, cuius vel hoc vnicum signum satis est, quod antiqui non singulis vnum aliquem, sed plures commentatores, & discrepantibus ex eodem authore haustis, ut isti præstant,

tant, opinionibus, repererunt. Tum si qua dubitatio, ut fieri in permultis solet, inciderit quem de ea consulamus, qui expediat? Vivus animatusq; ille sermo magistri id potest, scriptus non potest, quia mortuus. Non pictura, sed pictor loquitur. Itaque Socrates in Phadro suo dicebat, scripturam pictis rebus non esse absimilem. Constant quidem, ut vivua, sed si tabula adstes, & quippiam interrogas, permodeste, & perquam verecundè silent. Ita fit in authorum commentariis, qui cum docere aliquid, ut magistri in cathedra, videantur, si quis cognoscendi ductus cupiditate roget aliquid, nihil amplius ex se possunt, & muti sunt, neque significare aliud præter ea qua posita sunt. Quin si ut fit, sæpenumero acciditq; nobilissimis scriptoribus Hippocrati, Aristoteli, & Galeno, de buatio inciderit, nisi aliunde patrocinium, defensionemq; accipiant, tueri ipsi se, & ulcisci iniurias nequeunt. Viveret hodie Aristoteles, Plautus, Cicero Tacitus, quorum libri a tot Grammaticis corriguntur, ab interpretibus laboriosissime explicantur, facilius multo ipsi authores se quam nostri subsidiarij expedirent. Illud *ἄρα δὲ εἰς τὴν αἰώνιον*, quot sententias nobis peperit? alius ita sentientibus, intellectuam animam conceptui humano non in prima origine cum semine, & actui indi, sed postea de novo immitti, alius ac Aristotelis verba de actu secundo, hoc est, de facultate in actum erumpente, tum cum subiectū, & facultatis organa absoluta sunt, accipientibus. Potuisset vivus explicare, mortuus non potest, neque di-

latare que scribim docuit, neque repugnātibus ob-
sistere. Hac tot & tanta obstinisse sapientibus veri-
simile est, quo minus meditationes suas in literis
scribendo posteris communicarent. Quid ergo, in-
quiat aliquis. Cur coeptum est scribi postea, si tantū
habent libri incommodum? Ego ut illos non impro-
bo, qui sua maluerunt in auditorum memoria
quam in chartis vivere; ita scribendi, curam poste-
ris hoc exemplo suo, dissuadere non potuerunt, sed
ne debuerunt quidem, ob eorum temporum, que
subsecuta sunt, conuersionem. Nam cum multa
subinde schole bellis, gentiumq; migrationibus at-
que incursionibus delerentur, nec conuentus pos-
sent, quemadmodum in otio & quiete, haberi, quod
voce tradere non poterant, tribuerunt per literas.

Animaduertebant præterea non fideliter ple-
rūmq; a posteris conseruari, que a magistris erāt
per manus tradita, ut ob id satius videretur scripto
explicare, & memoria imbecillitati, aut intelligen-
tia debiliori literarum notis occurrere. Augebat
necessitatem scribendi etiam tertium hoc, quod vi-
derent magistros æque felices prioribus non succe-
dere, ex quo necesse fuit paulatim disciplinas obscu-
rari, que antea florentissima erant. Unus Plato cum
multos haberet discipulos, vix vnum Aristotelem
sibi parem reliquit. & hic rursus Theophrastum
paucosq; alios, sed inferiores multo, idemq; his ipsis
euenit, ut multo imperitiores è Schola sua viderent
egredi. Quo in casu quanto sapientius, & in futu-
rum utilius, et sibi ac posteris consuluit, cum scri-
bendo

bendo voluit potius docere, quam in iis acquiescere, quæ e publica cathedra vel in peripato proposuerat. Ergo obliuionis infirmitas libertatem scribendi extorsit, maximè cum essent etiam nonnulla, quæ sine literis, figuris, numeris ne domi quidem tradi possunt, ut est in Arithmetica, Geometria, Cosmographia, quarum disciplinarum causa antiquissimi illi a diluuiio patres, ne de sideribus scientia tanto labore a vinacibus illis inuenta, casu aliquo periret, columnis eas contemplationes inscripserunt ad discendi commoditatem, etiam si cetera omnia subtraherentur. Ac eius opera quidem, de qua loquimur tanta utilitas est, ut diuina de religione sententia pro omnium populorum captu, literis Hebraeis, Chaldaicis, Arabicis, Græcis, Latinis, ceterisque iam compluribus consignata sint, quasi interitura esset omnis religionis notitia: ut est hominum memoria obliuiosa, si libri nulli scriberentur. Ergo his de causis receptum est et hoc alterum eruditorum genus et familia, quæ nõ ut prior voce tantum præsentis erudit, sed commentariis ad memoriam instruit.

Quoniam autem patet ad discendi commoditatem, multum profuisse scribentiũ labores, noua lis nobis ex hominum opinionibus, quarum nullus finis est, hoc loco nascitur. Nam qui priscis fauent ingenis, aiunt, ita multa esse scripta tot seculis superioribus, ut nihil desideretur amplius, neque mirum esse, eos, qui scribendo occupantur, laudem, famamq; ingenij, quam ex eo putant, se posse con-

sequi si magno studio elaborata edant, minimè tamē hoc speratum bonum assequi posse. Quippe iam satis laboratum, pro veritate, & necessaria liberalis disciplina supellectile, ut liceat scripturo dicere, Quid ò miser te fatigas, frustra ad tadium sudas, cur ad istos tam supernacaneos labores abis? Satis iam lucidum Philosophicæ theatrum. Si sapias quiesce, unde fructum non capias, & alias ad curas ingenium transferto. Certè hodie ad præscriptum ita loquuntur nonnulli, contemni oportere, quicquid aut ex toto novum non sit, aut non castiget vetera: multi etiam libri fastidio insolentiorè puniuntur, quasi ea, quæ verè parva sunt.

Et iam quot tineas pascunt, blattasq; libelli.

Et redimunt soli carmina docta coqui.

Quòd si isti summi literarum Dictatores verè oquuntur, quid aut tu, vir Clarissime, tam laboriosa consiliorum Cratonicorum editione, aut ego, vel huius vel alterius operis preparatione molestissima proficimus? Quid in tanta medicantium turba, quod sapiat fastidiosus proferre possimus. His placeat obviare rationibus nonnullis, ita ut de toto genere primùm pauca dicamus, tum & de hac opera nostra, quam in presentia in lucem damus. Igitur cum primis scriptoribus & qui nos antecesserunt, gloriam ob inventa sua asserunt, sapientia præmiū ex merito statuunt. Assentiuntur & in hoc, eam duo sint eruditorum genera, unum quod privatim erudit; alterum quod scribendo absentibus seruit: non minus hos, quam illos esse ferendos, quādo scrip-
tor

ptor & plures, & fidelius erudit. Sed quod finem scribendi faciendum imperant, quandoquidem de rebus omnibus infiniti, & satis pleni sunt libri euulgati, non satis sapienter in hoc nobis præcunt, neque quantum debebant quatuor hæc mihi videntur bene in animo perpendere. Primum, Rerum, quæ sub cognitionem veniunt, varietatem. Deinde intellectus nostri obscuritatem. Præterea laborem, difficultatemq; in eruendo. Postremo temporis breuitatem. Ex his enim singula etiam opinioni eorum plurimum detrahunt. Nam principio quæ animus noster debet cognoscere, prorsus varia sunt, diuina, mathematica, naturalia. In his ipsis forma partim materie in mente, partim a materia omni libera. In singulis rursus quam multa continentur separatim? Cui vnquam omnia quotquot sunt, animalium genera ac species tantum innotuerunt? quis omnium locorum, terrarum, marium, fluminum, auium, quadrupedum, piscium quantum satis est ad amissum naturas peruestigauit? Ita quamuis multa de his ita variis rebus perscripta sunt, scribendi tamen & inueniendi argumentum omnibus posteris suis reliquerunt. Taceo quam multa hodie a nostris primum inuenta sint, ignota omni antiquitati prioribus seculis. Accedit ad hanc rerum varietatem alterum ex obscuritate incommodum, tum quia iudicij magna est infirmitas, tum cognitio multis difficultatibus obstructa, latentibus in natura causis usque adeo ut multorum ingenia a studio prorsus reiecerit, mul-

ros in hasitationes, aut errores manifestos, aut denique ad temerariè de rebus nondum plene cognitis pronuntiandum induxerit. Dixit ipse Philosophus, intellectus nostri eam esse imbecillitatem, quæ in oculis vesperilionum ad solares radios.

Quis præterea labor ad eruendum satis est? cum ab iis quæ nobis notiora sunt ad ea progredimur, ex quibus composita constituuntur, quo non possumus, nisi longa difficiliq; inuestigatione & vix tantum peruenire, ad ea nimirum principia, quæ verè talia sunt. eaq; quia profundius latent sit, ut aut non occurrant, aut non omnia, aut non eadem omnibus. Unde sunt hæc tam discrepantia, idea, forma, materia, priuatio: Sal, Mercurius, sulphur, inane, vacuum: quibus tamen non perceptis, sciri cætera nequeunt. Plus enim est intelligere principia, quam quæ ex his concluduntur. Ex eò non est operosum elicere, cur fere artium præceptiones controuerse sint, rebus quæ ibi traduntur: aliter atque aliter aliquando euenientibus. Et cui natura omnes manus satis patuerunt? Ad extremum ita breuis vita est, ut sapientes ipsi conquesti sint, nimis exiguum viuendi curriculum a natura nobis esse tributum ad tantas animorum occupationes, & artium descendarum varietatem. Nam nec longissima vita unquam satis longa fuit, ne quidem si nullis præterea difficultatibus implicata sit. Palam igitur est, pessime sentire, qui aut omnia esse cognita sibi persuadent, aut in omnibus & hominibus et temporibus omnes esse scientias, hoc est, Quicquid sciri potest,

est, id sciri ab aliquo, utque ita collectum e singulis
 apud omnes totam scientia summam posse reperiri.
 Quin contrarium potius verum est, ut cum omnes
 in inveniendis & constituendis laborarunt, non vi-
 deamur tamen maximam partem latentis diuinae
 humanaeque sapientiae, quae infinita est, adhuc inue-
 nisse. Et quid ita querimus hodie, non modo amisse
 esse artes nonnullas, sed etiam nondum inuentas:
 ut artem vitae proroganda, & vitri tenacis confici-
 endi, & dignoscendi proprias rerum vires, inqui-
 rendi thesauros, & effodiendi res utiles quarum re-
 rum cum notitia exigua nostris temporibus ex
 multa industria appareat, longissime tamen ab eo
 abest, quod querimus. Ex quo manifestum est, su-
 peresse omnibus discendi materiam ingeniis, si quae
 ad id a natura accommodata sunt. Quod si etiam
 hoc perpetuum est, quod in tractandis literis solet
 praecipere, ut neque legendo tantum pascatur ani-
 mus, nec meditando excutetur, sed lectione stylique
 alternatione proficiamus, cum utrumque non alter-
 utrum solum proficit. Cur hoc alterum, scribendi ni-
 mirum industriam nobis subtrahent, & styli acu-
 men tam impertiose extorquent? Cur ad huius o-
 pera societatem non admittimur? Certè, qui hoc
 unum agunt, ut ab Authorum lectionibus nun-
 quam recedant, neque gignant ex se quicquam,
 is ingenium solui expertum est, & nisi lectio hoc
 altero temperetur, & quae legendo comparata sunt,
 dimissis e manu libris in corpus redigantur, quam
 nobis etiam multis vigiliis facultatem sumus com-

paraturi? Apes aiebat Seneca imitari debemus, qua cum vagantur in pratis succum ex floribus virentibus tenerimum ducunt, sed eundem mixtura quadam, & spiritus sui proprietate in mel commutant. Facit hoc animal ei rei genitum. Nos etiam amulantes eam industriam, cum in tantarum et librorum versemur varietate, quacunque aliunde hausimus non in memoriam tantum ire patiamur, sed in ingenium etiam, ut aliena usque nostra faciamus, et ex multis unum constituamus: sicut ex pluribus numeris minoribusque summis computatione una totum comprehenditur. Ita Cicero de Finibus aiebat, Introduci virtus nullo modo potest, nisi omnia qua leget, quaque reiciet, unam referantur ad summam. Hoc facere animus debet, neque pati, ut aut imperitorum cauillatione, aut invidorum sermonibus ab hac exercitatione dimoveatur; ut sit hac laus nobis cum aliis etiam communis. quando omnes una lege tenemur, et tueri publicas vite commoditates debemus. Sit aliis aliud proprium, in hoc aequales simus, sicut in ceteris virtutum officiis esse convenit. De veteribus cum ita loquuntur, quasi tum mundus nondum effloretus meliora omnia ediderit, itidem et ingenia, stultie sapiunt: eadem indoles natura et illius, et eius, que nunc est. Quin si seculum seculo compares, possumus mehercule absque temporum, et hominum iniuria affirmare. tum cum multa essent incoacta tantum, plurima adhuc iacerent, non paulo rudiora illa secula nostris extitisse. Pusilla sunt
omnium

omnium rerum initia, et paulatim ad summa tenditur. Itaque in literis nemo inuentis superiorum contentus ita fuit. *Vi si quam facultatem ipse haberet, nō in eodem stadio cum omnibus certare auderet. Num nihil scribi de arte Medica post Hippocratem et Galenum potuit? aut nulli hodie noui affectus, et remedia? Ausus est post Epictetum, et Aristotelem de affectibus, et non formidandis humanis Seneca scribere: sed quid multa? Verum hoc: Quicquid in omnibus disciplinis constitutum est, id ex singularium obseruatione collectum esse, putandumq³, eam studiorum esse rationem, quam in choris videmus, qui multorum vocibus constat, ex quibus omnibus vnus concentus redditur. Non fit ex vna voce concentus, sed ordine canentium impletur, cum ex pulpito omne genus organorum, tiliarum, et vocum exauditur, fit harmonia ex dissonis. Talis est philosophantium consensus, cum multi sua inuēta et additamenta in vnum tamen conspirantia conferunt. Testes sunt sententia Authorum, hæc quidem vera, aliæ falsa. Vere ea opinor dicuntur, quæ cum proferuntur, ita cum rebus, de quibus sunt, congruunt, ut nihil in contrarium sit obseruatum. Quid falsa? Quæ ex vno atq³ altero experimento conclusæ sunt. Creditum fuit olim, Elephantos singula parere, hodie certum est, ternos et quaternos foetus edi. Pisces negabat Aristoteles peste insci, credo, quod hoc factū esse nunquam comperisset. At nostri obseruarunt, et iam in magno tractu id accidisse vulgo notum est.*

Quod si igitur omnibus in artibus certa quarimus, necesse est ea & atatum, & ingeniorum plurimū observatione constituta esse, nō paucorum, sed omnium. Quare ita sit sua laus, sua gratia sapientibus priscis, si quid ad bonum publicum contulerint, ut liceat posteris etiam ei sese cura non minore cum spe premij dedere. Nihil igitur, inquit aliquis, satis adhuc liquidum est, quando mentis agitationem sistemus, quando desinemus ignorare? Sane ratiocinatio motus est, scientia quies: At nihil impedit, quo minus scias, quod ex necessaria causa conclusum didiceris, vel inueneris, modo & illud memineris, multa inueniri, et cognosci amplius oportere. Hoc enim est, qđ querimus, sed nō est res sine negotio, veritate ubiq; eruere. Ita de nostrare dicemus.

Ego ob hanc ipsam causam tuam, vir Clarissime, & prestantissimum institutum, in edendis tot consiliorum & Epistolarum Medicarū voluminib. Magnifici & Nobiliss. Domini Cratonis, quicquid deus aliis videatur, vehementer probo. Nam ut multa sint hactenus in hoc genere edita, animaduerti tamen excellentissimos quosq; hac aliis preferenda censuisse. Sit iam sanē ars Medica a primis ad postremas usq; causas deducta, & certissimis demonstrationibus per tot secula, multorumq; labores ad perfectionē deducta, hac tamen rursum postulamus. Arti experimenta conferre; multa nō ratione, sed experiendo inueniri, Medicū habitū perfectum, vñ perfectū nunquā fieri: experientia propter cōiecturā paucorū esse: deniq; ad eum analogismū comparandum,

randū, quo à methodo generali ad particulare pra-
 xim transitur ob infinitatē causarum, & corporū, et
 affectū, nihil satis unquā aut observatū, aut scri-
 ptū esse. Hanc vero experiētiā duo gignūt. Prudē-
 tia, et Usus. Prudentiā dico ad medicas coniecturas
 accommodatā quā alij cū non esset, fortunā imperitē
 appellarūt. Nihil ad salutem aegri fortuna facit, sed
 naturalis illa sagacitas plurimū potest, cū is in quo
 est, quid cuiq; corpori, loco, tēpori conveniat, acutiē,
 matureq; praevidet. Hec tū augetur, cū alterū ac-
 cedit, longus Medicorū operum usus, multa q; artis
 exercitatio. Prius illud, sicut a iuuenib; ingeniosis
 nō remoueo, et potest ante canos cōtingere, ita alterū
 senū est, quandoquide diu in aliqua re versari non
 potest, nisi qui vixit diu. Quod si iā ad artis usum
 peruenire nobis propositū est, a quo rectius quam ab
 illis magnis artificibus, quib; utriq; obrigit, imitā-
 do, vel colligēdo experimenta ipsorū discemus? His
 quis dubitet magnū illū Cratone nostrū annume-
 rari iure posse? & sic publica fama est, testantur tot
 elogia Imperatorū, Principū, Rerūpublicarū, Phi-
 losophorū, Medicorū, testantur scripta edita, et illa
 tāta nominis ipsius ubiq; admiratio. Nā prudentiā
 sagacitatēq; in cōcipiendo, quā ei natura dedit, ars
 et doctrina auerūt, tot annorū exercitatio tam li-
 culenta plurimum observandi occasio, tam diligens
 cum doctissimis hominib; de rebus dubiis collatio,
 prope summam efficere potuerunt. Certes, samā si-
 bi, tantūq; existimatione ob felicissimos in mor-
 bis pessimi moris periculosissimisq; curandis pepe-
 rit, quantā illustria ista dona videntur promereri.

Verum quoniam prudens illa experientia maxime in consiliis dandis elucet, & post artis perceptionem, eum qui ad opus se accingit, plurimum instruit, non possunt non tanti artificis consilia omnibus esse utilissima, & quid factum sit ante oculos est. Nam haecenus quo quisque plura Cratoniana haberet, hoc se beatiore, & ad usum artis paratior, & ubique admirabiliorem esse credidit: tantisque ea plurimi fecerunt, ut etiam si quas Sympliciorum, decoctorum, electuariorum, pillularum haberent, ea in arcanis secretisque haberent, & domi admirande rei cuiusdam instar occultarent diligentius, quam custodire virgines solemus. Atqui cum multi multa eius Authoris habuerint haecenus, nemo tamen quod tu, Vir Clariss., communicare nobiscum vel in animo saltem habuit. Non probandum hoc quidem, quod plerique formulis omnia tribuunt, sed de nostris istis hoc vere dicitur, ita esse comparata, ut usurpata etiam si non iuvent, aliquando, non noceant tamen. Quis non summum medendi artificium in eo deprehendat, quod auxilia prope omnia ex tribus istis, victus ratione, euacuatione, & virium corroboratione deducuntur? Nam eo semper sibi respiciendum putavit? Quam multa non efficit, & alibi non lecta, non modo dico in veteribus, qui iuxta conditionem temporis, quae sciebant, nobis tradiderunt, sed ne apud nostros quidem? Quam admirabilis est in plurimum, ut vocant, simplicium mixtura cautio adhibita? quae cum magis naturae sola enim

la enim hac verè miscet) quàm artis sit, pomposas illas compositiones, quarum gradum ne illi ipsi, qui commenti fuerunt, nouisse videntur, ad extremum paucis exceptis, deseruit, & ad quàm maxime simplicia crescente cum etate iudicio progressus est.

Quam sæpè detestatus est me presente (fuit enim postremis annis nemo ei me familiarior) eorum ut ipse nominabat, inscitiam, qui clysteribus tot purgantia, Diacatholicon, Agaricū, Colocynthidem. Conf. Hamach, Hieram multaq; alia immiscerēt: cum nullus sit intestinorum tantus calor, qui, quòd tamen necessarium est, in actum hæc medicamenta posset deducere; certumq; sit magno egrorum incommodo horum usu malignam quandam intemperiem, iis partibus imprimi, unde et ignaua ad excernendum fiant, et nihil absque auxilio faciāt: plerumque satis esse aiobat, ea quæ molliunt, abstergunt, dissipant, consolidant, adhibere. Sed de his multisq; aliis erroribus passim, in his etiam libellis salutares quedam admonitiones leguntur.

Ac quamuis ista ad editionem scripta nō sunt, et limarc ad nominis sui existimationem tuendam accuratius nōnulla potuisset, si otium ei fuisset concessum; tamen sic etiam omnes liberales animi tibi, Vir Excellentissime, multum debere ob communicationem ingenuè profitebantur. Verum enim uerò cum ei huius scripti sanè utilissimi, et accuratissime ab ipso Authore postremis annis recogniti, auctiq; tum locis aliis, tum illustri ingeniosissimarum formularum supellectile, in Latinum idioma con-

uersionis primus mihi Author fueris, cum diceris,
 non te solum admirari ob rerum, quae ibi continen-
 tur magnitudinem, sed intelligere etiam exterarū
 gentium eruditos lectione illius desiderare: visum
 mihi fuit hoc quomocunque perfecto labore, no-
 mini tuo dedicare. Primum quidem, ut qui tibi
 cetera debent, Lectores, etiam hoc debere intelli-
 gant. Deinde quia video hoc, nostro ordini, cui
 nec facultas, nec fortuna aliud fere reliquit, refe-
 rende gratia genus esse concessum; volo hac ipsa de-
 dicatione pro veteri tua beneuolentia, totq; luculen-
 tissimis officiis saepe necessario meo tempore laborā-
 te, vel mea, vel meorū valetudine praestitis, hoc ob-
 seruantia, & grati animi testimonium relinquere
 interea, dum aliquādo splendidiore argumento in
 lucem conspēctūq; possim merita tua ponere. Quod
 factum meum ut commode interpretari & porro
 mihi beneuolentiam tuam conseruare velis, etiam
 atq; etiam oro. Deus te, Vir Clarissime, & mihi
 multis de causis plurimum obseruande, cum uni-
 uersa familia tua saluum diutissime nobis conser-
 uet. Bene vale. Dab. Vratislavia, Ca-
 lendis Martij, Anno

1593.

DE

DE VERA PESTILEN-
TEM FEBREM PRÆCAVENDI
& curandi ratione.

TA multa sunt hæctenus ab
iis, qui medendi scientia ex-
cellunt, vsuq; artis insignes
sunt, de pestilētibus morbis,
eorumq; contagio, scripta, atq; in lucem
edita, vt post tot tārosq; viros propemo-
dum superuacaneum videatur, quicquā
amplius de hoc argumento lectoribus
obtrudere. Verūm quia communis offi-
cij ratio à singulis flagitat, vt donis diui-
nitus sibi concessis plurimorum saluti
consulant, & in commune aliquid con-
ferant, volui ego quoq; hoc scripto qua-
licunq; quantū possum in publico malo
aliis inferuire, si qua ratione id possem
perficere. Nam cum eiusmodi hoc ma-
lum sit, vt priusquam consuli Medici ab
ægtotantibus possint, & necessaria auxi-
lia colligi, de salute eorum propè despe-
ratum sit: ob id multum interest, rectè
moneri homines, non modò quomodo
necessaria præcautione & salutari reme-

diorum vsu cauere, (quantum quidē humana animaduersione occurri potest) contagium, infectionisq; periculum declinare, verūm etiam, si qui iam eo malo correpti sunt, qua ratione alter alteri subuenire medicamentis, & vitam, si ita DEO visum sit, prorogare possit, ne vel ægris auxilium desit, aut sani lædantur. Nam si tum demū vrine offeruntur Medico, cū infecta pollutaq; sunt corpora, duplex ex eo incommodum mihi nasci videtur. Primum quidem, quòd ægro auxilia tardius offeruntur in eo affectu, qui subita maximè auxilia desiderat. Alterum, quia ex vrinis infectorum pauca ferè Medicus præuidere, & monere potest, cū sæpè in infectorum vrinis nihil lethale appareat, quo tempore etiā mortui vicini sunt. Quin & vinarum circumgestatione non modò is, qui desert, sed etiam Medici, eorumq; familia nonnūquam contagio polluitur, vt exēpla plurimorū docēt excellentissimorū Medicorum, qui cū multis potuissent arte sua prodesse, aliorum imprudentia, & curiositate infecti immaturè vitam amiserunt.

ferunt. Ideo aliam potius viam sequendam cenſeo, quam noſtris hominibus fideliffimè in hoc ſcripto commoſtrabo. Eſſi autem non ignoro hanc meã, quã præmiſi huic argumẽto admonitionem iis non eſſe placiturã, quibus omnia diſplicent, tamen prætermittẽda non fuit, cùm videam magno cum dolore meo, quãto perẽ vulgus, hĩc præſertim, ab vrinã diuinatoribus decipiatur, iiq; optimi habeantur, & doctiſſimi, qui plurimũ ex iis ariolari, & mentiri poſſunt.

Quantum autem ad præſeruationis rationem attinet. Primum eius, & ſummum caput eſt. Pietas, & religioſa diuini nominis inuocatio, de qua cùm multa quotidie in homiliis publicis ſalutariter proponantur, ea, ſi quis profanus cum ſuo periculo audet aſpernari, ſeipſum accuſet, ſi quid grauius ei acciderit. Sane & antiqui inter ethnicoſ Medici, peſtilentes morbos ad DEVM retulerunt, cùm in natura cauſas certas vix inueſtigari poſſe animaduertent, nec cõmunibus in arte remediis malum illud cedere longo vſu didiciſſent.

Porro Astrologi sideribus id malū attribuunt, docentq; à peculiaribus in cælo constellationibus putredinē seu corruptionem quandā in aëre excitari; qua attracta homines, qui eius usu carere nō possunt, ita inficiantur. Ex eo esse, quòd regiones & corpora, quæ vi cælestium causarum occulto consensu respondēt, plus minūve inficiuntur. De hac causā controuersā cum nemine placet litigare; interim non nego à corporibus cælestibus, sideribusq; vehementes in subiectum aërē mutationes imprimi. Hoc solum monebo, in primis operam esse dandam, vt omnia ea attentissimè caueantur, quibus aër potest contaminari, cū aëris impuritas & fætor propagationi veneni ad plura corpora maximè accommodata sit. Veruntamen halitus ille, qui ex infectis corporibus educitur, & malignam qualitatem contagiosam, ac venenosam ex putredine, seu corruptione potius accepit, præcipua causa est, cur contagia latè disseminentur. Ex qua patet, generalis causæ præseruationem positam esse in aëris puritate conseruanda, quod

quod fit, cùm non solũ cauetur, ne à corporibus infectis, sed etiã ab iis qui agris ministeria præstant, malũ illud disseminetur. Id Magistratus præcauere potest animaduersione sua, quam adhiberi maturè oportet, iuxta salutare illud præceptum, Principiis obsta. Dabit igitur operam Magistratus Politicus, vt viæ publicæ, plateæ & angiportus in ciuitatibus, eaq; loca, quæ ab hominib. frequentantur, pura à sordibus sint, morticina, fœcus, cadauera, sordesq; omnes tollantur. Fontes porrò etiam, canales, & flumina munda sint, cùm aquarũ immundities, aërem, & homines polluat, & sæpè loca salubria ab aquarum illuue periculosè afficiantur.

Aërem præcipuè ignis purgat, ideo olim, vt testatur Hippocrates, & Medici, in pestiferis locis luculenti ignes passim excitati fuerunt. Nam vbi pestis aërem contaminauit, experientia docemur, ignem ex incenso iunipero, tædis, & quercinis lignis ac foliis veneno ei, quod exhalant infecti, & in aërem infundunt, plurimum resistere. Poterit autem quilibet

domi suæ singulis diebus bis vel ter aëris
alterandi gratia cum baccis iuniperi, ro-
remarino sicco, foliis quercinis, vel tæda
suffitum excitare, maximè hyemis tem-
pore, aut incipiente autumno: & quibus
in locis camini extructi sunt, ij ignem ex
aridis lignis quercinis sibi faciant. Opu-
lentiore ex pharmacopoliis sibi cõpa-
rent trochiscos & pulueres odoratos?
vel tale quiddam,

℞ Zedoaria.

Angelicæ an. ʒj ʒ.

Galanga.

Xylaloes an. ʒiiij.

Santal. citri.

S. Citri.

Cort. citri.

Styracis cal. an. ʒij.

Gummi arab. ʒj.

Tragac. ʒʒ.

Dictam. Cretici.

Benzoin an. ʒs.

Mosch. ambrae an. ʒiiij.

Zacc. cand. ʒvij.

Diffol. in aq. ros.

F. orbiculi pro fumo.

Aliquando
potes

potes addere ol. Nucis musc. vel Mac.
destill. aliquid: Ozylete.

℥ Xilaloes.

Ladani an. ʒ j.

Syracis cal. ʒ s.

Moschi ḡ. ij.

Zacc. candi ʒ j β.

Cum aq. ros. q. s. f. trochisci.

Si quis priuatim sibi puluerem velit præ-
parare, sumat myrrhę & thuris an. ʒ s. ro-
ris marini sicci, baccarum iuniperi, fol.
quercus an. ʒ j. santal. citr. ʒ ij camphor.
ḡ. iij. f. puluis, qui igni inspergatur. Vti-
liter etiam vsurpatur pro fumo faciendo
succinũ, cum baccis iuniperi admistis.

Eriam illud profuerit ex succino in a-
ceto, & aqua rosarum vaporem elicere,
quę vestes & corpora excipiant. Deinde
carpum, faciem, & manus eodem aceto
& aqua humectare; pauperes, qui succi-
no destituuntur, silices fluuiatiles affuso
aceto additis foliis quercus, & rosis sic-
catis calefaciãt, & eo modo, quo dictum
est, fumum corporibus excipiant. Di-
tiores silicibus acetum rosaceum affun-
dant, & æstate santalos rubros, hyeme

angelicam adiungant: possunt & alij pul-
ueres odorati ex arte componi, qui in
thuribulis dissoluuntur in fumos magno
cum ægrorum commodo. Nam prunis
multum vti apud infirmos non videtur
esse consilium. Extat puluis Mathioli
ad suffiendas vestes eiusmodi.

℥ Baccarum lauri.

Juniperi an. ℥ iij.

Mirrhæ.

Aloës an. ℥ j.

Ligni Guaiacini.

Santal. alb. an. ℥ s.

Thuris.

Styracis calam.

Ladani an. ℥ ij.

Misc. s. puluis crassus.

Porro hîc monendum, cum homo ve-
nenum illud præcipuè attractione aëris,
& halitus attrahat, nō modò ore, verùm
etiam per poros omnes cutis; aër autem
vitiatur vaporibus ex infectorum tum
corporibus, tum vestibus emanantibus,
& ita multiplicetur ac propageretur: Cu-
iusq; officij esse, si vel ipse infectus est, vel
cum infectis cōuersatus est, memor cha-
ritatis

FEBRIS CVRATIONE. SCI

hat. Æstate autem consultum est, obser-
uare venti motum, vt hic halitum collo-
quentium à nobis abigat. Igitur, qui sol-
uere possunt, quoties egrediuntur, in o-
re gestent cortices citri, vel zedoariam,
vel vnum de his orbiculis.

℥ Corticum citri ʒ ij.

Zedoariæ.

Angelicæ an. ʒ j ss.

Xylaloes.

Ireos an. ʒ ij.

Cinamomi.

Gariophyl.

Nucis musc. an. ʒ j.

Moschi, Ambræ an. ʒ ij.

Zaccari candi q. s. cum mucilagi-
ne tragacanthi ex aq. ros. f. orbi-
culi parui.

Quibus verò hi nimis chari videntur
ob pretium, sumant loco zedoariæ, an-
gelicam maceratam in aceto, & in ore
gestent. Possunt & diuites loco orbicu-
lorum Muscordinò (quod ita vocât) vti.
Probo & galangam, & cortices, ac semi-
na citri, quibus non solùm aer occurrês
alteratur, quem attrahimus; sed & cor-

robatur. In quibus duobus capitib. fere tota præseruandi ratio posita est, quantum quidem vel Medicus præcipere, vel quisq; suo loco exequi potest.

Vt autem inspirationi magis prouideatur, nares mane, cum quis egreditur, hyeme inungat mithridato, vel theriaca, dissoluta in rutæ succo, qui verò calidi sunt calido tempore, possunt addere aquam rosarum cum pauco aceto, & camphora, & vtile est, non modò nares, sed & carpum, & cor, iis, quæ spiritus reficiunt, inungere, sicut supra ostendi de succino cocto in aceto cum silicibus. Quia autem talia medicamenta quibusdam nimis vilia videri possent, quæ tamen ego vtilissima esse iudico, commemorabo quædam alia. Extat descriptio aceti Matthioli eiusmodi.

℞ Mirrhæ.

Aloes an. ʒs.

Card. bened.

Maioranæ.

Serpilli.

Zedoar.

Cinamomi.

Cala-

Calami aromat.

Pulegij. Rosarum an. m. iij.

Santali albi $\frac{3}{4}$ j β .

Granorum Iuniperi lb s.

Aceti vini q. s.

Sacculi cordialis vel Moscambre descriptionis hæc est:

\mathcal{V} Sem. acetosæ.

Citri.

Corticum citri.

Been albi & rubei.

Santal. citrin.

Sp. Indicæ.

Corall. rubear. an. 3j.

Scordij.

Fl. Borræg.

Rorismarini.

Ros. rubear. an. p. j.

Croci integri 3j.

Spec. Diamuschi dulc.

Lætit. Galeni.

Cordial. temper. an. 3j.

Moschi, Ambræ an. \tilde{g} . v.

Incorporentur cum syndone f. sacculus cordialis interpassat.

Quidam præstâtissimi Medici in præ-

seruatione max. commendat oleū scorpionum, quod Clemētis nominat, si regio cordis, & carpus eo vngatur: potest autem ita confici:

℥ Scorpionum numero centum.

Olei oliuarum antiqui ℥ j.

Coquatur ad mediet. consumptionem, & diligenter exprimatur. Addatur rhabbari triti ℥ j. in vase vitreo optimè clauso, soli 40 diebus exponito. Quod si tot scorpiones haberi nequeunt, sumantur 40. additis ℥ ij. theriacæ.

Didici etiā à peritissimo Medico, Carpi insignis chirurgi Bononiēsis discipulo, solitum fuisse Carpum eiusq; familiares circa cordis regionem arsenicum album gestare, vt cor veneno assuefieret, & veneno pestilentiali posset resistere, constat autem Carpum cum suis sectatoribus in multis pestilentibus incolumem fuisse seruatum. Describitur autem hoc modo:

℥ Arsenici cristall.

Riso gall. an. ℥ iij. vel ℥ s.

Cum albo oui incorporentur.

Vel: ℥ Arsenici cristall. ℥ j.

Croci

Croci ʒ iij. M. f. sacculus cordialis. Ita fiunt & sacculi pulueris Bubonis Theophrasti.

℥ Pul. Bubonis exiccat. ʒ iij.

Arsenici citri.

Cristallini an. ʒ j.

Rad. Diptami.

Tormentillæ an. ʒ ij.

Margar. non perfor. ʒ j.

Corall. Hyacinth. Smarag. an. ʒ j.

Croci orientalis ʒ ij.

Singulis seorsim puluerisatis impastentur pro amuleto supra regionem cordis.

Hos sacculos qui gestant, eos monent, ne sudent, ne incalescentes sacculi per apertos poros vim suam ad cor immitant, & ita nocumentum vel etiam mortem ipsam inferant.

Quanquam verò ego nemini auctor sum, ut his utatur, tamen cum sciam vehementiora etiam remedia, & venena intra corpus dari à quibusdam, volui ea nominare tantum, & sanè omnibus prodesse absque discrimine persuadere mihi neutiquam possum. Illis tuendum hoc relinquo, qui aliis talia obtrudunt.

Optatim verò audire, quomodo eas rationes, quas Alexander Massaria, & eruditi alij Medicis opponunt, possint dissolvere. Alij non Carpo sed Clementi Pontifici attribuunt. Noui in Austria magnę dignitatis virum, qui mirificè commendabat. Plurimi lapidem hyacinthum circa pectus gestant, assignantq; ei peculiare vires, maioresque, quàm aut Smaragdo, aut Bezoar, in hoc præsertim malo. Porrò ad cor muniendum & alterandum aerem, qui attrahitur, contraq; vapores, qui ex impuris locis vestibibus, vel corporibus emanant. Pomo Ambræ vultendum est tali.

℞ Ladani ʒs.

Benzoin ʒ iij.

Succini ʒ ij.

Ligni aloes,

Santal. citrin. an. ʒ j.

Ros. rubear. ʒ s.

Aspergantur aq. ros. moschat. in qua parum sit Tragac. Dissol. misce, simul in mortario, addendo

Olei cinam. gutt. v.

Gariophyl. gutt. iij,

Macis

Macis gutt. j.

Ambrae, Moschian. ḡ. v.

M. f. pomum.

Possunt tamen & diuersa fieri, alia quidē pro æstate, alia pro vsu hyberno. Egentiores autem, hunc succum sibi præparent, sumant aceti quartarium vnum. Rutæ pugillos duos, eam contundāt, & exprimant succum per linteolum, addantq; camphoræ, & croci an. ʒj. Inde spongiam intingant, & secum gestēt, ac sæpe odorem inde attrahant. Idem succus potest naribus illini, & carpo, maxime, qui calidiores natura sunt, & tempore calido. Magnam enim ad præseruandum vim habet. Etsi autem difficile est iudicare, cur alius citius, vel tardius, aut grauius, alio inficiatur, imò cur alij etiam prorsus non inficiantur; tamē illud constat, venenum minorē vim habere ad lædendum, in iis, quorum corpora à superfluis excrementis libera sunt, nec cruditatibus & obstructionibus laborant. Perinde enim vt ignis soluitur, cum pabulum idoneum subtrahitur, ita hîc fieri putandum est, vnde cum Philo-

sophis Medici ita loquuntur: *Nullam causam sine patientis aptitudine agere posse.*

Quapropter suadeo fideliter, vt quilibet in victu, cæterisq; rebus modum feruet, ebrietatem, & libidines vitet, lætitiã seclretur, salua pietate, & pudore. Vitet cibos noxios, & difficilis cõcoctionis, & vitiosi succi, vt pisces qui squamas nõ habent, anseres & auium fluuiatilium carnes, lacticia, quæ faciliè corrumpũtur, nimium vsum olerum, fructuum crudorum, boletos item, fungos & his similia. Vitet obstructions, & cruditates; vina fortia, & feculenta ne bibat, non vtatur immoderatis exercitiis, quæ in sudorẽ, & magnam anhelitus mutationem desinunt. Aluus semper aperta sit. Absit tristitia, & melancholia, & metus, quia cor affligunt, & veneni receptioni causam præbent.

Quia verò nemo ita exactè potest viuere, quin superfluũ aliquid colligatur, moneo eos, qui labore ea non absumũt, vt de consilio prudentis Medici, qui naturam, vires, etatem, animi tempus considerat, corpus euacuet, prouideat tamen,

men, ne in eos incidat, qui fortia & maligna purgantia exhibent. Nam etsi ea validè purgant, tamè vires deiciunt & sæpè graues exulcerationes, tormina, debilitates sequuntur & maligna qualitas stomacho imprimitur, vt postea plura excrementa colligantur, quàm euacuatio sustulerit. Quòd si ob id rursus & sæpè ad purgandum redeundum est, scito, vitam te breuiorem reddere. Abstinentum igitur ab iis, qui fortissimis remediis radicitus omnia se expurgaturos gloriantur. Satis magna cura opus est, vt ne nimium fiat, etiam cùm leuissima & tutissima dantur, maximè cùm in eos incidimus, qui intemperantem vitã degunt.

Et quanquam non valdè dolendum est, eos in eiusmodi imperitos Medicos incidere, qui neq; sui neq; aliorum rationem vllam habent, & de nō intellectis rebus sibi sumunt iudicium, tamen singulos hīc monere volui, ex iis remediis, quæ ad solam vrinarum inspectionē absque vllis aliis indiciis præscribuntur, plus detrimenti, quàm commodi esse expectandum. Illas etiã vrinarum inspectio-

nes, & iudicia de iisdem pro huius loci vitioso more, neglecta obseruatione temporis in morbo, & ægrotantis qualitate, meram imposturam esse. Nam etsi ex iis, quæ narratur ab eo, qui urinas defert, ita pronūtiat Medicus, vt rem ipsam tetigisse videatur; non tamen ex urina id præuidit, sed vbi modicum quippiam ex eo colloquio deprehendit, multa garrit apud imperitos, quæ ægro nihil afferunt commodi. Quòd si hoc modo persuasus, remediis etiam vteris, antequam te viderit Medicus, & naturam tui morbi, eiusq; tempora, & diuturnitatem cognouerit, & num tibi is familiaris fuerit, explorauerit, & in quemuis euentum te curandum suscipit; ipsa verò remedia profunt, est, quod DEO & fortunæ gratus sis.

Quanquam aut Medici, qui ita casu felices sunt in medendo, magno beneficio diuinitus afficiuntur, tamen eo non abuti debebant, sed artem & scientiam adiungere felicitati, non compendii, aut populari favori fidere. Vbi autem in Medico arrogantia plurimum est, artis partum, etsi de experientia gloriatur, vt circumfo-

cum foranei impostores solent, tamen
 tandē seipsum damnet necesse est. Sin-
 gulis etiam septimanis vna ante cœnam
 hora drachma vna vtendum est pillula-
 rum pestilentialium, cum Ammoniaco
 præparatarum, vel si placeant, ex veteri
 descriptione, quanquam constat in ruf-
 fi descriptione pro Croco ammoniacū
 positum, laudantur maximè à Medicis
 & possunt sæpius etiam vsurpari. Quòd
 si ob vim exiccatoriam ventriculo, non
 profunt aliquibus, ij consulant Medicū.
 Vtilissima enim medicamenta non om-
 nibus conueniunt teste experientia. Est
 autem earum pillularum descriptio talis

℞ Aloes

Ammoniaci.

Myrrhæ an. ʒj.

Cum vino fragrante f. pill.

Vel sic: ℞ Aloes opt. ʒj.

Myrrhæ elect. ʒs.

Croci ʒij.

Cinamomi.

Coriandri præparati an. ʒjß.

Sem. Citri.

Basilicon.

Acetosæ an. ʒ j.

Xilal.

Margarit.

Corall. rubeo.

Cornu cerui.

Rasurę ebor. an. ʒ ij.

Rad. Tormentill.

Dipt. albi.

Therebinth. an ʒ ij.

Boli armeni veri ʒ vj.

Palu. incorporentur cū syrupo de corticibus citri. Misce fiat massa.

Qui calidius epar, & renes habent, & calculosi sunt, vtantur pestilentialib. pillulis cum rhabarbaro, ita vt de russi pillulis antea monui, vel ante cœnā quantitate iuglandis nucis therebinthinam lotā in aqua rosarū admisto zaccaro sumant. Video enim peritissimos Medicos infectionis tempore vsū therebinthinę lotę probasse, ac quamuis verā therebinthinā caremus, tamen nec nostra qualiscunque inutilis est. Præparantur pillulæ cum Therebinthina tali ratione.

℥ Therebinth. lotę ter in aq. ros. ʒ ij.

Rhab. optimi aqua cinamomi irrorati

rotati ꝑ ij.

Cinamomi ꝑ ij.

Puluer. liquiritiæ q. s. f. pillulæ.

Verum quia sæpè descriptio pillularum aloë cū rhabarbaro mutata est: ideo hęc descriptionem adiungam.

℥ Aloës rosatæ ꝑ iij.

Rhab. el. puluerisati & aqua cinamomi aspersi ꝑ j s.

Agarici rec. trochiscati ꝑ j.

Myrrhæ elect. ꝑ ij.

Mastichis ꝑ j.

Cum syrupo de corticibus citri q. s.

De his sumatur drachma vna, tribus horis ante prandium.

Hoc modo expurgatō corpore, secūre vsurpantur præseruatiua. Nam impuris corporibus præsertim aromatica plus obfuerint, quàm profuerint, teste experientiâ, qua obseruatum est, vsu aromatum maxime mulieres, & virgines quarum corpora sunt impura, lædi.

Quia autem de purgatione dixi, multum autem venæ sectionem malunt, quàm purgationem non modo in curatione, sed etiã in præseruatione, ideo hoc ruf-

sus monebo. Cùm præseruatio in eo sit posita, vt corpora quę parum habent superfluitatum, in eo statu conseruentur. Impuri verò ab excrementis liberentur, & exiccētur. Si abundat sanguis, & corpus plethoricum est, non improbare me venam. Sin verò copia non est in sanguine, & nullum indicium plethoræ, venæ sectio periculosa esse existimari debet. Nihil tamen consuetudini detraho, & si quis obseruarit, se ex hac, vel alia re iuari, ei minimè hoc auxilium intercludimus.

*Remedia in præseruatione adhibenda,
quæ ad cor respiciunt & causæ pestilenti aduersantur.*

PRIMUM hinc puerulis prospiciendum est. Quanquam optimum est auxiliū domi liberos in puro aëre, quantum fieri potest, vbi infici non possunt, continere, & medicamentis non onerare. Tamen si periculum metuitur, detur eis mane cochleare vnum oxyfaccarę Nicolai, vel sumatur aceti quartarius, aquæ rosarum dimidiæ quantitas, libra vna saccari, cortices citri, vel cinamomi parum, hæc coquantur,

FEBRIS CVRATIONE: 515

quantur & despumentur, vsq; ad mellis
consistentiam, detur iis mane cochlea-
re vnum vel alterum. Interdum de meo
tabulato ditiores suis porrigant.

Tabulati descriptio.

℥ Boli arm. in aq. scabiosæ loti ℥ s.

Cornu cerui vsti.

Terræ sigillatæ an. ℥ ij.

Coralli præparati.

Margar. præparatarum an. ℥ j.

Zacc. in aqua ros. & cinamomi disso-
luti ℥ s. Fiat confectio in tabu-
lis. Vel sic:

℥ Boli arm. cum aqua scabiosæ loti
℥ j s.

Marg. præpar. ℥ ij.

Fol. auri N. x.

Hyacinthi præparati ℥ j.

Spec. Diamarg. frigid.

Liberantis an. ℥ j s.

Zaccari in aq. ros. & cinam. dissol. ℥ iij.

F. rotulæ.

Pauperes sumant iuglandes, rutam &
sal & pueris domi exhibeant: vel tale e-
lectuarium conficiant, quo vti etiam ad-
ulti possunt, maiori saltem quantitate,

quàm infantibus datur. \mathcal{L} Iuglandis viginti, Ficus quindecim, Foliorum rutæ duos pugillos, duos item Tormentillæ: Croci, Salis an. ʒ j. Hæc simul contundantur, & mellis addatur tantum, quod satis est vt fiat electuarium, de quo detur pueris. Adultiores autem vtantur quantitate iuglandis: semper habitum hoc fuit pro remedio in tali casu præstantissimo. Nam infantibus vehementiora exiccantia præbere, itemq; Theriacam & Mithridatium, vel camphorata non laudo. Contusæ autem Tormentillæ aliquid dari mane in pane cum aceto, & cornu cerui limato potest. Vel hoc quod sequitur:

\mathcal{L} Cornu cerui vsti.

Cornu cerui crudi an. ʒ s.

Pul. Tormentillæ.

Corticum citri an. ʒ j.

Zacchari ʒ iij. Misce.

Infantes purgare velle, non videtur consultum, si tamen sint astricta aluo, rotulæ de rhabarbaro dari possunt. Earum descriptio est hæc:

\mathcal{L} Zaccari albi aqua acetosæ & cina-
momi

momii dissoluti, & ad perf. cocti ꝑ iij.

Extracti Rhabarbari ꝑ ij. Cum succi rosarum ꝑ j. dissoluti. Rhabarbari optime puluerisati & aqua cinam. humectati ꝑ ij. F. rotulæ secundum artem.

Pro gravidis, & lactantibus.

CVM grauidę multum in se superflue humiditatis habeāt, & tum plus æris quā aliàs attrahant, si quæ fugere possunt, iis hoc faciendum est. Quibus autē manendum est, quantum possunt domi se contineant, nec in publicum, vel loca suspecta prodeant. Et quia cōmunia illa remedia, quę alias præseruationi accommodata sunt, istis non prosunt, præscribo hunc puluerem, qui non modo utilis est ad præseruandū, sed & fœtum roborat.

℥ Rasuræ eboris ꝑ j.

Corall. præparat.

Margaritarum an. ꝑ iij.

Zedoariæ.

Nucis musc. tostæ an. ꝑ j.

M. f. puluis.

Si suauitas in puluere quæritur tantū Zacchari addatur, quantū est pulueris.

Quia verò multæ grauide ex pharmaco-
poliis allata auersantur, ideo domi tale
quid parari poterit. Sume rasuræ eboris
ʒs. Zedoariæ ʒij. Nucis musc. Corall.
rub. an. ʒj. Misce f. puluis & tantum de-
tur mane, ac vesperi, quantum denario
excipi potest, quæ dosis est & pulueris
antea præscripti. Mithridatium alij gra-
uidis concedunt, quod nō probo, quan-
quam in priore meo libello olim edito
idem admisi. Ego hoc electuarium præ-
fero, quod sequitur:

ʒ Conseru. Borrag. Buglos. Rosar.
an. ʒj s.

Corricum citri condit.

Anthes an. ʒ s.

Rotul. diamarg. frigid.

Diatrion santal. an. ʒj.

Elect. de gemmis ʒ s.

Boli arm. præparat. ʒj.

Zedoariæ.

Diptami.

Croci.

Tormentillæ an. ʒ s.

Syr. de corticib. citri & acetos. citri

an. q. s. Misce fiat conditum.

Pro

Pro pueris & virginibus.

CVM hoc hominum genus frequenter infici solet quòd humida, calida, raraq; corpora habeant, ideo peculiaribus remediis indigent, cùm nec purgationes ferant, quas adulti, & vehemètia calida præseruatiua illis minimè conueniant, vt eruditi Medici norunt, quorum rationes huc afferre nihil est necesse; cùm hæc pro vulgo scripta sint. Igitur pueri infra annum sedecimum ætatis, & virgines infra decimum quartū, pro præseruatione, neq; venam secent, neq; fortiter se expurgent. Possunt autem singulis septimanis drachmam semis pillularum pestilentialium dimidia hora ante cœnam sumere, & singulis diebus mane tres pillulas de succo Cardui benedicti cum quibusdam speciebus, quæ pillulæ de carduo nominantur. Sunt autem eiusmodi:

℞ Succi cardui inspiss. ℥s.

Rhab. opt. aq. cinamomi aspersi.

Agarici recenter trochis. an. ℥jss.

Myrrhæ ℥ij.

Mastichis ℥j.

Cum syrupo de corticib, citri fiat massa,
Cætera remedia ex theriaca vel Mi-
thridato vel camphora confecta, quæ a-
lij absq; discrimine omnibus pomposè
commendant, istis quidem dari non de-
bent. Ac quamuis clament antiquos e-
tiam Medicos talia huic ætati præbuisse,
& se expertos esse sapius: non tamè ob
id sequitur, periculum abesse, quia ratio
repugnat. Potest etiam contraria expe-
riencia ostendi, quanto cum periculo ta-
lia teneræ ætati obtrudantur. Quòd si
rationes desiderant, in doctorum libris
requirant: & ipsi æstimare possunt, pue-
rorum corpora facilè resolui. Ideò qui in
pueritia adhuc sunt, vitent electuarium
de ouo, quod etsi à Medicis valdè cele-
bratur, tamen non potest omnibus esse
utile, aut ab omnibus Medicis esse lau-
datum. Nec tamen ego id damno, mo-
dò theriaca optima admisceatur, & cro-
cus non aduratur. Quòd verò aiunt, il-
lud esse præstantius, quòd ætatem habet
viginti annorum, quàm quòd duorū est,
nemo ex doctis Medicis accipiet. Ma-
ximè autem periculosa sunt teneris cor-
poribus

poribus remedia, quæ ad formam electuarij de ouo cum nuce vomica, & multis præterea purgandi vim habentibus, vt helleboro nigro & in balneo quidem, vt audio, vsurpantur cū balnea infectionis tempore adultis, & non adultis plurimum noceāt, ideo quisq; eiūsmodi Medicos, & remedia caueat, nec magnis commendationum titulis decipiatur. Nam certum est in his nullam artificiosam componendi rationem elucere, nō prorsus tamē aliquam, aut nucem vomicam in peste dari reprehendam. Profuerit igitur tenerioribus & non adultis tabulatum meum, vel quod Ferdinando Imperatori ascribitur. Cæteris egentioribus aliud est præscriptum commune liberantis, maximè verò si cum aloë rosata sit præparatum, quod maximè hic utile iudico, sicut & electuarium de nucibus. Electuarij autem liberantis pro pueris descriptio est ea, quæ sequitur:

℞ Sem. Santon.

Boli armeni an. ʒ ij.

Sem. Caulium.

Citri excorticat. an. ʒ s.

Rad. Tormentill.

Enulæ an. ℥ij.

Corall. rubeor. ℥j.

Smaragd. Hyacinth. Sapphir. an. ℥s.

Rasuræ eboris.

Serici crudi.

Sem. plantag. an. ℥j.

Zacc. albi℥. ℥iij. in

aqua scabiosæ vel acetosæ vel cardui dissoluti, fiant rotulæ.

Quòd si verò pueri & qui in tenera ætate sunt, dissolutius viuere voluerint, sciant, teste Galeno, frustra multa remedia præscribi. Nam cùm præseruatio in singulorũ corporibus tria postulet, corporis euacuationẽ, roborationem cordis, auersionem aëris impuri, & polluti: certè tria illa oportet esse coniuncta, vt corpus purum sit, & vires conseruentur. Diætæ omnem rationem hîc præscribere nõ possum, sed in hac vna regula posita sunt omnia. Cibus simplicissimus optimus: præcipuè autem pueri in cibo vtantur aceto. Pauperes mane buccellã panis in aceto intinctam sumant cū puluere radicis Tormentillæ, vel electuariũ de nu-

de nucibus, cuius præparationem supra præscripsi. Sed potest & hoc modo confici:

℥ Nucum iuglandum N. xx,

Caricarum N. xv,

Rutæ.

Abſynthij an. p. ij.

Rad. Aristoloch. vtriusque,

Cort. citri an. ʒ j s,

Tormentillæ.

Diptami.

Pimpinellæ an. ʒ ij s,

Fl. Borriginis.

Galang.

Off. de corde cerui.

Macis.

Myrrhæ.

Boli armeni an. ʒ s.

Mellis despumati ℥ ij.

M. f. electuarium.

Possunt ita & vsurpari baccæ iuniperi in aceto maceratæ, vel hæc mixtura, quantitate iuglandis. Sume plantaginē, Millefolium, incide, adde carui, & Bolū armenum. Misce cum aceto vini, de hac mistura possunt & adultiores sumere,

Virgines autem, quibus menstrua nō fluūt, singulis septimanis ter pillulas pestilentias deglutiant, & quotidie ad præseruationem Pimpinellam in aqua coquant, addito pauculo zaccharo, & croco, & mane haustū vnū bibant. Si fortior vis cōtra venena desideratur, potest addi angelica in aceto macerata, & enula. Extracta pro his non probo, ob nimium calorem, maximè æstate, & consulendus est Medicus eruditus. Ancillæ quæ ætatem multā non habent, pimpinellā mane quotidie edant, & in ore gestent angelicam.

Quòd ad attractionem aëris alterandi, & roborationē cordis attinet, hīc eadem, quæ supra præscripta est ratio, obseruari debet; sed in remediis, quæ intra corpus sumuntur, corpora & anni tempus discernendum, cauendumq; hoc imprimis, ne corpora quotidiano vsu remedium ita alterentur, vt in omni vita reliqua de eo conqueri necesse habeant.

CAP. III. *De adutorum
præſervatione.*

CVM corporum magna differētia ſit, non modò in temperaturis, verùm etiam in indiuidualibus proprietatibus, monendi hīc omnes, quibus hoc per facultates ſuas licet, vt tum de purgando corpore, tum venæ ſectione præſeruatiōis gratia conſilium eruditi Medici ſequantur, non eorum qui temerè, & audacter præcipitatum, & antimoniũ præbent, hoc prætextu, quod omnē impuritatem è corpore tollant, & corpora ipſa viuida faciāt. Scio ego etiam quibusdam Medicis perſuaderi, antimoniũ eſſe ſingulare alexipharmacum cōtra infectiōnes. Sed quia arſenico nō valde diſſimile eſt, & natura ab eo tanquam à veneno abhorret, & cum inutilibus humoribus etiam bonos exturbat, fieri poteſt, vt in tanta exagitatione, & hypercatarſi corpus eo veneno liberetur; & putredo ppter fortem exiccationem deſinat. Carere autem periculo, aut omnibus tuto præberi poſſe, non facilè adducor, vt credam. Nam certo certius eſt, præcipita-

tum, & antimonium pestifera esse phar-
maca. Nec sequitur, ob id omnibus dan-
da esse, quia paucis, vel aliquibus, ut isti
putant, profuerint. Verùm de his satis,
& volui eos monere, qui moneri se pa-
tiuntur.

Particularis verò præseruatio singulo-
rum corporum est, propria Medici, nec
Medicis hinc quicquam præscribo: quis-
que autem suæ conscientia ratione ha-
beat, cū Theophrastus pro experimen-
tatoribus, qui eius ductum sequuntur, nõ
responsurus sit. Res hominum agitur, &
scriptum est, Non despicias carnem tuam.

Quia autem iam de præseruatione a-
gimus. Ea verò alteratio quædam est, in
qua nihil præcipitater & subito, sed sen-
sim agendum est, suadeo ut præseruatiua
illa calida, & exiccantia cautè vsurpètur,
præsertim calido tẽpore, quod volo ma-
gis accipi de iis, quæ magnam perturba-
tionem spirituum in corpore commo-
uent. Et quanquam in medicamentis
præseruatiuis à me præscriptis nullus fe-
rè excessus est, ut calori naturali vim in-
ferre, aut viscera interiora lædere, cū ad
membra

membra principalia roboranda directa sint, soleant; tamen si quis animaduertent naturam ab his abhorrere, aut vehementem corporis alterationem consequi, ei nolim esse Author, ut illorū vsum cōtinuet, sed quid sibi faciendum sit, ex periti alicuius Medici consilio statuatur. Certè bolus armenus cum succino albo præparatus cum vel sine zaccaro, interdum sumptus plus proderit quàm ab indoctis præscripta electuaria; quomodo-cunque prædicentur. Ad cordis autem corroboracionem, & antidota cōtra venena quod attinet præscripsi aliquot formulas quas hîc annectam:

Electuarium salutis Cratonis.

℞ Macis in succo limon. infus. &

præparat. ℥ j s.

Theriacæ elect.

Mithridat. opt. an. ℥ iij.

Ligni aloës odor. ℥ j.

Spec. liberant. Ferdin.

Terræ sigillatæ terræ.

Succini albi præparati an. ℥ j.

Cort. citri pul. ℥ j s.

Conser. rosar.

Borrag.

Nympheæ an. ʒj s.

Cum syr. acetositis citri fiat conditum.

Liberantis Cratonis.

ʒ Boli arm. Orient. ʒ vj.

Rad. Tormentill.

Diptami an. ʒ iij.

Zedoariæ ʒ ij.

Margaritæ.

Corall. rubeo.

Spec. Diamargar. frigid.

Liberantis an. ʒ ij.

Succi cardui.

Scabiosæ.

Verbenæ.

Veronicæ.

Scordij an. ʒ s.

Camphoræ ʒ j.

Syr. de acetos. citri, q. s.

M. fiat conditum cum & sine camphora.

Electuarium aliud de Bolo.

ʒ Boli Orient. aq. scabios. loti ʒ s.

Diptami albi.

Myrrhæ an. ʒ j.

Rutæ.

Rutæ.

Scabiosæ.

Verbenæ an. p. j.

Sem. Pimpinellæ.

Sem. Cardui bened. an. ʒ iij.

Aristoloch. vtriusque.

Tormentillæ.

Baccarum lauri an. ʒ ij.

Macis ʒ ij s.

Croci, Camphorę an. ʒ j.

Nucum iugland. N. xv.

Cum syrupo acetos. citri fiat ele-

ctuarium.

Aliud de Carduo.

ʒ Succu cardui ʒ s.

Scordij ʒ ij.

Tormentillæ.

Diptami.

Terræ sigillatæ.

Corall. alb.

Margarit.

Off. de corde cerui an. ʒ j.

Spec. liberantis ʒ s.

Mithridati ʒ ij.

Misce. Est probatiss.

Descriptio Morfulorum de succino.

℥ Boli arm. aq. ros. loti.

Carab. an. ℥ iij.

Terræ sigillatæ ℥ ij.

Corall. rubeor. ℥ s.

Alborum ℥ vj.

Lapid. Smaragd.

Rubini.

Saphyri.

Hyacinth. an. ℥ s.

Margarit. ℥ v.

Cinam. ℥ ij.

Gariophyll. ℥ j.

Sem. acetosæ ℥ ij.

Cort. citri.

Santal. alb. an. ℥ j s.

Rubeor. ℥ ij.

Spodij præpar. ℥ v.

Rasuræ eboris ℥ iij.

Crocī Oriental. ℥ j.

Vnicornu veri ℥ s.

Fol. auri puriss. N. 50.

Misc. f. rotulæ vel morsuli.

De quotidiano usu Theriacæ hic nihil addam, si quis sibi eam vtilem obseruet, vtatur. Illud certum est, vulgaria illa

illa camphorata, quæ hîc circumferuntur, ex Theriaca, Camphora, Ruta, Tormentilla, Diptamo, baccis lauri, confecta esse, & plerunque corruptam theriacam immisceri, & aquas vitæ, quæ mortis aquæ nominari debebant. Certè tanti non sunt, quanti volunt videri. Et quia simplex medicina tutissima est, & optima; hîc simplicia quædam non modo pesti, sed omni veneno resistentia enumerabo.

Omnes propè Medici post Theriacã & Mithridatum Smaragdũ laudant, datur ad grana sex cum Mithridato. Deinde hyacinthus ita describitur, quòd non solum intra corpus sumptus, sed etiam foris gestatus pesti resistat. Eandẽ vim & granata habent, & coralli, & Margaritæ intra corpus receptæ. Bezoar lapidis in aulis magni fit, sed quantũ ego obseruare potui, non præstat hoc in isto casu, quod ab eo expectatur, quanquam in aliis magnis morbis eo feliciter me usum esse sciam. Quòd si tamen maiori in quantitate daretur, non dubitarem; etiam in peste eum profuturum, quod in

cæteris venenis facit. Maximè laudatur terra sigillata, si ea vera haberi posset. Eius loco bolus Orientalis verus, & succinum album, quod cordi maximè amicū est, & contra venena vim habet, vsurpari potest. Quia verò de bolo, & terra sigillata res suspecta est: placet eius loco cornu cerui vstum. Multis in locis maximè in Hungaria ad Tocauum bolus effoditur colore ruffo, quali & bolus ille verus describitur. Eo magno cum successu vsus sum sæpe, & plus profuisse obseruaui, quàm terram sigillatã, quæ ferè quotannis dissimilis ebullit, & aliter præparatur. Ideò interdum ex Turcia affertur alba, interdum pallida & rubra, sæpè cineritia. Non dubito Turcas eam adulterare, & aliquid fraudis subesse, quod id è cum bolo fieri suspicor, qui raro verus ad nos peruenit. Miretur hìc aliquis, cū Turcæ bolum, & terrã sigillatam veram possint habere, qui fiat tamè, vt tam graues pestilentiaet, amque perniciofa contagia ad Constantinopoliũ & vicina loca dominètur. De eo ita mihi à fide dignis authoribus narratum est. Turcas cùm
omnia

omnia ad ineuitabile fatum referāt, existimentq; hominum eam esse rationem, quæ pomorum, cū matura sunt, decidentium, rarò remediis vti, neq; aliū ab alio infecto abhorre, nec Medicos magnoperè desiderare. Habet quidem Sultanus Medicos aliquos, sed quàm eruditi sint, norunt, qui aliquoties Constantinopoli legationis munere functi sunt. Quia autem nostris temporibus in Silesia Marga quædã multis in locis reperitur, quàm Paracelsistæ axungiã solis vocant, & pro terra sigillata vendunt, & à multis commendatur: non obstabo ego, quo minùs ea Marga; si verè simplex est, non compositum quiddam, aut mixtum ex aliis rebus; cū vim exiccãdi habeat, & venenis credat resistere, in præseruatione etiam vsurpetur. An autẽ ad curationem aliquid auxiliij collatura sit, experientia docebit. Quæ ad oppidum Strigam reperitur, Hungaricę non multum dissimilis est. Ad Goldbergam alia est, sed pallidiôr, & verum bolum colore refert, alia item planè alba. Medici experimētis facultates talium simplicium

explorēt, nec circumforaneis illis charis nimium fidāt. Ego ita existimo, si frequenter sumatur, magnam siccitatem, & corporis ariditatem esse secuturam, quod idem de Bolo Tocaviensi statuo: cui malo ita occurreretur, si ea terra cum zaccharo rosato accipiatur.

Habent præter hæc magnã vim, Tormentilla & angelica in aceto præparata, Elenium, Gentiana, Ostrutium, Galanga, Serpentaria, Diptamus albus, Aristolochia, Pimpinella.

Inter herbas cõmendantur Carduus benedictus, Scordium, quod diu incognitum ante paucos annos hîc repertũ, nũc passim haberi potest, Scabiosa, Verbena, Acetosa, Borrago, Nymphaea, Ruta, Tanacetum, Cochlearia, quam Dioscorides valde commendat, Hypericon, Betonica, Salvia, Roremarinum, Melissa, Absynthium, Caltha, Chelidonium, Lyfimachia, Morsus Diaboli.

Inter semina præcipuam vim habent Semen acetosæ, Cardui, Coriandrũ præparatum, Anisum fœniculum & quædã alia. Semina citri, bacæ lauri, & iuniperi, Cu-

ri, Cubebæ, Myrrha, Camphora, quæ curatiuum singulare est, cùm tempestiuè adhibetur: addo & nucem muscatam & macis.

De Zedoaria sunt qui existiment, quod venenum attrahat, quorum sententiam falsam iudico. Gariophyllos autem non carere periculo, experientia docet.

Multa de Euphorbio dicuntur: Quod purgans sit, & expulsiuum pro fortibus corporibus, facile dabimus, sed contra venena non sumitur. Annumerant in horum ordines etiam os de corde cerui.

Cornu cerui vstum & limatum, Unicornu, si haberi potest. Santali omnes, Castoreum. Sunt quidem & alia tum simplicia tum composita, quæ tamen his, quorum catalogum adieci, minimè anteferenda sunt. Et certè, qui vno atq; altero ex his rectè vti didicerit, sciat sibi plus profutura, quàm omnes operosas compositiones, quomodocunq; commendentur. Ita autem commendo vsum istorum tum simplicium tum compositorum medicamentorum, vt in necessario casu id accipi velim, & de iis corpo-

ribus quæ ea ferre possunt. Vbi enim necessitas non vrget, & corpora eorum vsu offenduntur, vitanda sunt, & obseruanda optima victus ratio, in cibo, potu, quiete. Temperantia sanè remedium optimum est. Didicimus multorum exemplis, intempestiuo vsu medicamentorum in peste plurimos vehementissimè valetudinem suam afflixisse. Monendum etiam hîc erat aliquid, de sex rebus nō naturalibus ita à Medicis appellatis; sed quæ pro idiotis iam satis pleraq; attigimus, & ratio tuendæ sanitatis peculiarè tractatū desiderat, hîc cætera prætereo, & Galeni loco cōcludam, qui est in 1. de differ. Febriū, vbi de præseruatione ita loquitur: Vna ac prima est omnibus intentio, & communis, vt corpus quàm maximè superfluitatibus vacet; atq; optimè spirer. Secundo loco, vt præpotenti causæ, quo ad eius fieri potest, aduersetur. Quid vocet, præpotentem causam, Medici considerent & animaduertent causam pestilentia supra vulgarem putredinis conditionem statuendam esse.

Reprehensus sum à nonnullis, quasi
cum

cum iis sentirem, qui putredinem in aë-
 re, & corporibus tempore pestis in totū
 tollunt, in quo immeritò me accusari, o-
 mnes libri mei testantur, qui de peste à
 me in lucem sunt editi: plures etiam epi-
 stolæ, in quibus de cura pestilentialium
 morborum cum doctis, & excellentibus
 Medicis differui, idem testantur. Diser-
 tè igitur affirmo, non modò esse in cor-
 poribus magnam putredinem etiam in
 pestilentibus à contagione ortis, si ada-
 liquot dies perdurent, & hominem non
 iugulant, sed etiam in pestilentibus non
 contagiosis, à qua & fiant, vulgaris tamē
 putredinis conditionem longē superan-
 tem, vt sanguis cū mittitur infectis, sa-
 tis demōstrat, vbi fibræ sanguinis ita pu-
 truerunt, vt ne quidem cōcrescere pos-
 sit. Et vnde esset contagium, nisi magna
 quædam putredo ibi existeret, quæ ex
 infectis corporib. vapores emittit: quod
 seminarium pestis (etsi à putredine dif-
 ferat) in vestibus & indumētis latet, ma-
 ximè verò in impuro aëre, quem omnes
 necessariò attrahunt, & in eo perinde vt
 infecta, multiplicatur, & se propagat la-

tius. Videmus etiam quoties febres pestilentiales dominantur, plurima insecta generari in aëre, quæ in arbores, & plantas decidunt aquas, & terræ nascentia multipliciter fœdant & corrumpunt. Quæ cū manifesta sint, qui possum videri putredinem omnem sustulisse: Quòd autè inquinamenta, quæ in aëre hominibus contagiosa & perniciosa sint, & verè febres pestilentes contagiosas gignunt, ex corporibus humanis exhalent, quæ cū corpora multa inficiuntur, & copiosè in aëre vagantur, alio quidem in loco magis quàm in alio, & hinc inde à vento agitantur, ac nisi à vehemente aëris agitatione disturbentur, publicam, & contagiosam hominibus pestem excitant: ex hoc apparet, quòd aër ille non quibusvis animalibus, sed hominibus ferè nocent, in iis locis, vbi inquinamenta & semina pestis vigent. Qui verò ita sentiunt, in febribus nullam esse putredinè, sed incendium tantùm, cum iis sapiat, qui vollet. Mihi æquè atq; illis Hippocratis sententia nota est, quàm tamen de omnibus febribus non possum interpretari. Itaq; planè

planè statuo, non modò in pestilentialibus; verùm etiam in continuis, & intermittentibus febribus putredinem esse, quomodo ea à Medicis definitur, etsi cõmuni definitioni Aristotelis, qui eam primæ generationi opponit, non respõdeat. Et illi ipsi qui putredinem negant, debebant alteram etiam definitionem Aristotelis intueri, & ei hanc non valdè dissentientem animaduertent. Vnde etiam essent illi putridi vapores, qui in febribus continuis à putridis humoribus in magnis vasis: itemq; in intermittentibus ex paruis tanquam ex fõco emanāt, & cor inuadūt & eius calorem natiuum, imò totius potius corporis aggrediūtur, vt fonti vitæ sicut omnis putredo, aduersentur? Quomodo etiam vera ratio contagij ostendi posset, etsi putredo & contagium differant? Optarim sanè eos, qui tantoperè sibi in commentis suis placēt, ad hæc absque personarum insectatione respondere.

Postremò, vt hanc de præseruatione doctrinam concludam, monendi sunt ij, qui tempore pestis vlcera aperta habēt,

ea coalescere vt non sinant, sed magna cura aperta seruent. Vbi verò chirurgi sunt, qui cauteria ex arte inurere possunt, suadeo vt securitatis causa illa sibi imprimi sinant: maximè verò ij, qui chronicos affectus habent, iis indigent. An verò in pedibus, vel manibus fieri debeant, Medici consilium sequendum est.

Sufficiant hæc de præseruatione, quæ in tribus, vt dictum, posita est. Primum in alteratione, & mundatione aëris, quem omnes attrahunt necessariò, & in quo inquinamenta emanantia ex infectis corporibus, permiscentur. Deinde vt corpora à superfluitatibus excrementitiis, quæ fomentum sunt putredinis, immunia & libera sint. Tertio in cordis roboratione, & interna præmunitione contra venena & putredinem. Quomodo autem fieri hæc omnia beneficio moderatæ diætæ, temperatiæ, animi, hilaritatis, & bonæ conscientia possint, ostendi viam, atque rationem satis compediösam. Summa est, vt primùm omnium spes, & fiducia nostra in DEVM collocetur. Deinde vt quisq; temperanter viuat, & ij quibus
hoc

hoc licet ex impuro aëre, & locis, in puriorem, & loca securiora, se conferant, sequentes veterem regulam; Fuge citò, longè; & tardè redito. Quibus verò mandandum est, ij hæc præcepta obseruent, & his remediis vtantur. Nam medicamenta, & remedia tertia pars sunt præseruationis.

Quia verò scio, non solùm vulgus, verum magnates etiam plerumq; solere in ea remedia præseruatiua, quibus magni principes vsi sunt, inquirere, iisque plus quàm aliis fidere. De me autem ea in opinione multi sunt, mihi esse notissima eiusmodi antidota, volo & horū aliqua hoc loco assignare.

Maximilianus Primus Imperator, sacratissimæ memoriæ ante annos iam octoginta hoc electuario vsus esse dicitur:

℥ Tormentillæ.

Serpentariæ.

Gentianæ.

Pimpinellæ.

Grānorum Iuniperi.

Rutæ.

Absynthij ana...

Pulueriscentur & cum aceto ac Theriaca commisceantur. Sumitur de eo mane magnitudine castaneæ.

Sequentes verò pillulæ singulis septimanis bis vel ter sumuntur.

℥ Aloes ablutæ aq. ros. (ego sumerem aloem rosatam) ℥ ij.

Myrrha selectifs. ℥ s.

Croci ℥ j.

Agarici trochiscati ℥ iij.

Rhabarbari ℥ j s.

Boli armen. loti.

Ligni aloes.

Pulueris Diptami.

Margarit. an. ℥ s.

Addito syrupo ros. fiant pillulæ.

Dantur à drachma vna ad duas.

Imperator Carolus V. hoc puluere delectatus est, & aiunt in Hispania adhuc in præseruatione magnifieri.

℥ Myrrhæ.

Ligni aloes.

Terræ sigillatæ.

Boli armen. præparati an. ℥ s.

Macis in aceto præpar.

Croci an. ℥ ij. M. f. puluis.

Si quis

Si quis inde Electuariũ desiderat, addatur Syrupus. Sumitur autem magnitudine nucis muscatæ.

Imperator Ferdinandus hoc tabulatum magnificet, & multis communicavit, & ex eo *Liberantiis diui Ferdinandi* dicitur.

℥ Cinamomi electiss. ʒ ij.

Rosarum rubear.

Sem. portulacæ.

Rasuræ eboris.

Coriandri præparati an. ʒ j.

Rasuræ cornu cerui.

Sem. citri ex cort.

Arantiorum.

Limonum an. ʒ iij.

Ligni aloes.

Nucis muscatæ.

Marathri.

Anisi.

Sem. citri vel Bombacis excocti.

Serici crudi.

Gran. Iuniperi præparata in aceto.

Rad. Tormentillæ.

Rad. herbæ Tunicæ.

Rad. morsus Diaboli an. ʒ ij.

Dictamni Cretenfis.

Diptami vulgaris.

Scabiosæ.

Borraginis.

Buglossi an. ʒ s.

Os de corde cerui ʒ ij.

Boli Orient. præpar. ʒ ij.

Santal. trium an. ʒ j.

Fragment. cordialium.

Margaritarum.

Smaragdi.

Sapphirorum.

Sardonij.

Hyacinthi.

Granatorum an. ʒ s.

Puluerisentur omnia iuxta artē & dissoluto zacchato in aq. acetosæ q. s. f. confectio in tabulis quadratis, possunt quouis tempore vsurpari.

Puluis præseruatiuus Wienensis.

ʒ Lapidum Smaragd.

Hyacinthi.

Sapphir.

Rubin. añ. ʒ j.

Marg. præparat. ʒ j s.

Corall.

- Corall.rub. ʒ ij.
 Boli arm. ʒ s.
 Cristall. ʒ j.
 Lapid. Bezoar. ʒ iiij.
 Dictamni.
 Tormentillæ.
 Zedoariæ.
 Angelicæ.
 Doronici.
 Morsus Diaboli.
 Pimpinellæ.
 Scordij.
 Rhabarbarian. ʒ ij.
 Cornu cerui vsti ʒ iij.
 Ras. eboris.
 Santal. rubeor.
 Citrin. an. ʒ j.
 Croci ʒ s.
 Cinamomi ʒ s.
 Serici crudi ʒ s.
 Sem. acetosæ.
 Portulacæ.
 Coriandri præpar. an. ʒ j.
 Flor. Violar.
 Borragin.
 Bugloss.

Nymphææ an. ʒj s.
 Rosar. ʒij.
 Camphoræ ʒj.
 Folior. auri.
 Argenti an. N. xv.
 M. f. puluis.

*Confectio præseruatina Mathioli pro
 aula Ferdinandi Archiducis.*

℥ Cinamomi electi.
 Boli arm. præpar.
 Cornu cerui vsti aceto præpar. ʒij.
 Rad. Chameleon. albi.
 Dictamni albi.
 Tormentillæ.
 Pimpinellæ.
 Bistortæ.
 Vincetox.
 Scabiosæ.
 Borriginis an. ʒij.
 Santalor. omnium an. ʒij s.
 Rad. angelicæ ʒ s.
 Zedoariæ ʒj.
 Rosar. rubear.
 Gariophyll. an. ʒj s.
 Sem. portulacæ.

Citri.

Citri.

Acetosæ.

Anisi.

Fœniculi an. ʒ s.

Rament. eboris.

Ligni aloës.

Nucis muscata.

Serici crudi.

Baccæ Juniperi macerata in aceto an. ʒ j.

Oss. de corde cerui.

Fragment. quinq; lapidum preciosorum an. ʒ s.

Margar. præparatarum ʒ iiij.

Corall. rub. præpar. ʒ s.

Trochis. de camphora ʒ iiij.

Zacchari dissol. in aq. scabiosæ, rosarū & acetosæ an. q. s.

Misce, f. confectio in morsulis.

Maximiliano II. Imper. laudatissimæ memoriæ à me præscriptæ sunt hæ Tabellæ, quas multi magni nominis & dignitatis viri sibi plurimum profuisse testantur.

ʒ Boli arm. in aq. scabios. loti ʒ s.

Margar. præparatarum.

Coralli præpar. an. ꝑ iij.

Sem. Cardui benedicti excorticati.

Citri excorticati an. ꝑ s.

Hyacinthi præpar. ꝑ ij.

Smaragdi præpar. ꝑ j.

Specierum liberantis.

Terræ sigillatæ.

Cornu cerui an. ꝑ ij.

Folior. auri N. xv.

Ambra ꝑ. vj.

Zacchari ꝑ s. in q. s. aq. ros. & cinam.
dissol. addita conserua rosarum parum,
fiat confectio in tabulis quadratis.

Verùm hoc loco silētio minimè præ-
terire debeo sacræ Cæs. Maiest. Maxi-
mil. II. Augustam coniugem Mariam
Caroli V. Filiam Dominam meam cle-
mentissimam, Ambram mihi donasse,
quam ego pro vero & natiuo sulphure
habeo, cum & ardeat incensa, & macu-
las sulphureas habeat. Valet autem plu-
rimùm in affectibus pulmonū, in febri-
bus autem pestilentialibus præsentissi-
mum remedium est. Verùm hæc Am-
bra, vt & Bezoar vulgò non venduntur:
ideo superuacaneum de his aliquid scri-
bere.

bere. Possunt præcedentes tabule etiam hoc modo præparari.

℥ Boli armeni loti aq. scabios. ʒj s.

Margarit. præparatarum.

Corall. rubeor. præpar. an. ʒij.

Spec. Diamarg. frigid.

Liberantis an. ʒs.

Hyacinth. præpar. ʒj.

Fol. auri N. ix.

Zacc. aq. cinam. & ros. dissol. ʒiiij.

Fiat confectio in tabulis.

Alexiterion Iohannis Sigismundi.

℥ Specier. cordial. temperat. ʒij.

Vnicornu veri ḡ. vij.

Rasuræ cornu cerui ʒj.

Sem. lumbricorum.

Myrrhæ an. ʒj s.

Croci ʒs.

Camphoræ ʒj.

Thuris opt. ʒvj.

Elect. de ouo ʒiiij.

Cum syrupo de corticib. citri f. conditum. Dosis ʒiiij. cum aq. acetosæ, scabiosæ, cardui.

Fuggerorum contra Pestem.

℥ Corticum citri.

- Marg. præpar. an. ʒ s.
 Corall. rubeor.
 Alborum an. ḡ. xiiij.
 Carab. præpar. ḡ. vij.
 Rasuræ vnicornu ꝑ j.
 Ambra, Moschi an. ḡ. iiij.
 Frag. lapidū v. preciosorū an. ḡ. xvij.
 Auri & argenti fini an. fol. xxx.
 Off. de corde cerui ʒ s.
 Cinamomi ʒ iiij.
 Sem. Anthor. ʒ j.
 Rasur. eboris.
 Rad. Diptami albi.
 Zedoariæ an. ʒ j s.
 Terræ sigill. ʒ ij.
 Boli arm. præpar. ʒ j s.
 Theriacæ opt. ʒ j s.
 Mithridat. ʒ j.
 Aquæ cœlestis vigonis ʒ vj.
 Ol. Balsami.
 Matris Balsami.
 Vigonis an. ꝑ ij.
 Zacc. albiss. ʒ xxiiij.
 Cum decocto rad. Meu. Angel.
 Vincetox. fiat mixtura.
 Verūm nimis multa congerenda es-
 sent,

sent, si ea vellem huc afferre remedia & antidota, quæ à magnis principibus & in summis rebusp. hinc inde in tali casu v-
 surpata sunt. Et per se libri omnes reme-
 diorum pleni sunt. Ideo & totam hanc
 de præseruandi ratione doctrinam con-
 cludam, & eodem modo, quid de cura-
 tione sentiam, deinceps exponam. Vti-
 nam autem possem certa in antidotum,
 & verum alexipharmacum pestis com-
 municare; sed ego ita existimo, id solius
 DEI maiestati esse cognitum, & ei esse
 reseruatam, nobis incognitum, ac si quis
 his communibus antidotis restituitur,
 & sanatur, soli DEO acceptum referat,
 quia à Domino, vt Psalmista ait, salus ve-
 nit: ob id in omnibus tristibus casibus
 ad religiosam diuini numinis inuoca-
 tionem, & cultum, piè nobis
 confugiendum
 est.

PARS II.

IN QVA DE CVRATIO-
ne Peste infectorum agitur.



ACTENVS de præseruatione actū est, quæ partim quidem generalis, partim specialis seu particularis est, Generalis seminaria remouet pestis, vel febris verè pestilentis, quæ ex infectis corporibus, aut in quibus putredo eum gradum assecuta est, vt contagiosa sit, exhalant, & vel per aërem, vel per eos, qui ægris astant, disseminantur & propagantur. Hęc præseruationis pars tantū à Magistratu politico potest præstari, modò id fiat iuxta regulam : Principiis obsta. Nimirum, ne quo modo seminaria morbida & omnibus exitiosa multiplicentur, facta separatione sanorum, & infectorum, ac qui iis officia præstant. Deinde, vt aër perpurgetur, in quo si impurus est seminaria non modò latent, sed incrementa etiam sumūt. Nihil potest hïc Medicus, nisi monere quæ facienda

facienda sint, modò vsum habeat, neq; ex chartis, vel sciolis artē suam didicerit. Scio autem aliam esse conditionem februm pestilentialiū ex aëre, vel per intemperiem illius diuturnam in salubrē, vel per admistionem putridorum vaporum, atq; exhalationū corrupti, vel propter alimenta vitiosa assumpta, quæ omnia grauis, & pestilens in corporibus putredo consequitur.

Et inter verè pestilentes, videlicet, in quibus putredo ad eum gradum deuenit, vt morbidam expirationem corpora habeāt, à qua seminaria in aëre, & vestibus hærent, & corporib. humanis mediante aere, quæ necessario omnes haurimus, infesta & exitiosa sunt. Nam profectò veteres huius vehementis cōtagij vim non plenè agnouerūt, cū talis pestis, quales nostræ sunt, ab ipsis nō describatur, & absque vllō metu alicuius periculi agros curarint.

Quod verò ad particularem vel specialem præseruationem attinet, hoc est, vt corpora ab excrementis liberentur, cor & spiritus muniantur, putredo amo-

ueatur, & inquinamento vel seminario pestis antidoto vel alexiterio resistatur, satis à me dictum est, quomodo id fiat. Quòd si cui scrupulus in iis occurrerit, medicum consulat.

Porro vt curationem attingam, video duo expectanda esse iudiciorum genera. Vnum quidem Doctorum qui verè iudicare possunt. Eos moneo, ne ex hoc Teutonico scripto iudices sententiæ meæ esse velint in deteriorem partem, & si quid fortè hîc repererint, quod aliter domi in libris legerint, aut cum iis nõ consentit, quod à præceptoribus ipsorû eis instillatum est, meam puris sententiam paulo exactius cognoscant.

Alterum genus est arrogantium, & indoctorum, qui illud ignorant, Naturam morborum curatricem esse; & somniât omnem artem in remediis sitam esse, siue ad naturã respiciatur, siue id non fiat: quæ res facit, vt tanto operè suis illis secretis, & expertis medicamentis confidant, ac propè iurent, necessariò profuturum, quod præscribunt, quamuis re ipsa maxime noceat. Cû his contentiosis non pla-

cet

cet litigare, maximè cū & vulgus, & qui in rebus publ. consilia gubernant, & de rebus istis iudicare debent, sibi incognitis, sui similes amēt, & quia illis multum tribuunt, facillè assentiuntur, & aliis præferendos iudicant. Eam ob causam teutonica lingua de curatione scribere vix ausus fuissē, nisi Christianæ dilectionis maior ratio, quàm nominis esset habenda, & commodorum.

Quàm verò nullus morbus rectè curetur ex arte nisi bene cognitus sit, scire cōuenit, me post multiplicem cum doctissimis Medicis nostri temporis sententiarum collationē, ita statuere. Nullum morbum vel febrē verè pestem, aut pestilentem nominari posse, nisi contagiosa sit, & antequam id contagium ab vno ad alium deueniat, & interna viscera ac vires, præcipuè verò cor inuadat, in quo casu subita, malignaq; febris accepto seminario gignitur, & cor in vniuersum oppugnat. Ac tum, nisi natura ipsa apostemata, vel exanthemata protrudat, imprimis sudor prouocandus est, & cor diligēter muniendum, quia malum inspi-

ratione haustum est. Nominantur quidem, & à doctis Medicis catarrhi, angina, pleuritides, aliquando pestes, cum sunt cōtagiosæ, & multis exitiosæ, & pro peste æstimandæ sunt.

Verùm hîc ego propriè de iis ago febribus, cum cor venenato illo contagio inficitur, quæ etsi lateat foris, vix tamen abest. Nam morbida expiratio, quàm seminarium sequitur, ortû à peculiari putredine habet, quæ ne potest quidè absque omni febre esse, etsi perniciosior est simplice putredine, & à Medicis hoc respectu potius corruptio maligna, quàm putredo appellatur; cum febris pestilens contagiosa à seminario pestis existat, & sepè citius hominem iugulet, antequam putredo generetur, vt ita natura eius sit corrumpere, non putrefacere. Quare hîc initio monendi sunt Medici, discernere ne febres pestilenciales, quæ capitis dolorem, anginam, & alia symptomata adiuncta habent, & ex mala victus ratione, potus, & cibi corruptione, aëris diuturna, & mala intemperie, & similib. causis ortæ sunt, & multis quidem sunt exitio-

exitioſe, ſed ſine contagio, niſi magna ſit corporum conuerſantium diſpoſitio: Et inter febres, quæ morbidam habent expirationem, aqua in aëre, aliisq; in rebus, quæ continere illum aërem poſſunt, inquinamenta, & ſeminaria peſtilentiæ, & infectionis, diffundi, propagari, & multis eſſe exitioſa poſſunt. Has febres publicas voco ob id, quòd vnis ædibus aut loco non continentur, ſed ſe ad alios propagant, pro vt inquinamenta in aere multiplicantur, quamuis ſcio publicum non poſſe certam ſpeciem conſtituere. Si quis malit contagioſas, & non contagioſas vocare, per me licet, qui de nominibus non litigo. Alię febres, quę ex corruptione ciborum, vel ex impuro aere, (in quo tamen non ſunt ſeminaria veræ peſtis, quæ ex infectis corporibus exhalant) ortum ſuũ habent, & non ſunt contagioſe; ſed internam cauſam, id eſt, corruptionem humorum habent, priuatas peſtilentes voco, & ſic à veteribus dictas inuenio, teſte Galeno 3. Epidem. Nam etſi malignæ, & multis exitioſæ ſunt, tamen tãtis per ſunt priuatæ, donec putre-

do ea illum gradum affecuta sit, vt morbida exspiratio emanet, & ita contagiosæ fiant. Hic gradus verò non est putredo amplius, sed potius corruptio substãntialis, quam seminarium contagij sequitur, quod nõ à sola putredine, sed à maligna qualitate est, naturæ humanæ prorsus aduersante, ideoq; nisi subito tollatur, hominem tollit. Ideo in his morbis cauendum, ne ilico vehementia calida expulsiua, qualia in verè pestilentibus dantur ab inspiratione ortis, quæ sudoribus, expiratione, & diaphoresi curantur, adhibeantur, cum sola expulsio, & meatuum apertio, & corroboratio cordis satis sit, & putredini resistent, nisi natura per exanthemata se exoneret, in quo casu expulsiua, sed non fortia conueniunt. Ideo magnum errorẽ admittunt Medici, qui inter priuatas & publicas, contagiosas & non contagiosas nihil discernunt, ita vt ex priuato pestilenti morbo, sæpè publicis fiat imperitia eorum, qui putredinẽ augent, & naturam fortibus remediis debiliorem reddunt: (fiunt enim priuatae pestilentes contagiosæ, cum putredo ad
eum

eum gradum peruenerit, vt morbidam expirationem tota substantia tanquam venenū, humanæ naturæ exitiosam habeat.) Certè natura cū in morbo nihil expellit, nec abscessus, vel exanthemata conspiciuntur, quomodo Medicus minister naturæ id audebit, & ilico ad expulsiua & sudorifera (vt de calidis taceā medicamentis) in curatione festinabit? Vnde sæpè iis, qui non sunt à pestilenti seminario infecti, humores ad caput ascendunt, & deliria, ac mentis alienationes sequuntur, augētur febres, vires deiciuntur, & natura, quæ sola est morborum curatrix, debilitatur. Etsi verò sæpè ex hac causa petechiæ apparent, non sequitur ideo ab infectione esse, quanquā vbi verè pestilens constitutio, & seminaria in aere sunt, omnes morbi malignitatem contrahunt.

Prudens Medicus in pestilentibus nō contagiosis, cū ad putredinem respicit, & ad febrē, materias diuertit, & minuit, & membra principalia roborat, & sic satisfacit muneri suo.

Cū petechiæ frequentes sunt, pos-

sunt rectè post venæ sectionem (quæ tamen quartum diem antecedit) expulsiua illico dari, non tamen vehemèter calida. Satis autem fuerit initio vti cornu cerui, emulsione seminum napi, citri, acetosæ. Interdum si febris augetur, bolo, terra sigillata, Margaritarû emulsione, corallis dissolutis in succo limonum & ribes, quod & in angina efficacissimum est, naturæ succurrere. Formula potest talis fieri.

℞ Semin. Card. bened. ʒj.

Napi ʒj.

Aquæ veronicæ & cardui an. ʒj s.

F. Emulsio.

Colaturæ adde syrup. acet. citri ʒj.

Marg. præpar. ʒj.

Cornu cerui vsti ʒij.

Misc. fiat potio sudorifera & sæpius repetatur.

Scio ego omnia, quæ putredini resistunt, etiam in infectionibus prodesse, neque nego, commodè posse adhiberi. Quòd verò expulsiua quæ in infectis plurimum valent, & in publica peste à seminario hauſto orta profunt, in pestilentibus priuatis

uatis non valdè accommodata sint, recta ratio docet. In publica autem vel contagiosa, plurimisq; exitiosa, ad præpotentè causam, id est, ad summū putredinis gradum, & expulsionē hausti seminarij respiciendum est. Verūm de his satis, cūm ex disputationes Germanicis libris non conueniant.

Signa autem infectorū sunt. Primūm quidem omniū virium imbecillitas, anxietas à deleteria vi, quā syncope sequitur. Vomitus item, & inquietudo, absq; insigni doloris sensu, calor, frigus, sitis, carbunculi, petechiæ, si materia calida & tenuis est. Quòd si verò materia in qua contagium dominatur, adusta, tenaxq; fuerit, comites sunt apostemata, & bubones, quæ indicia cūm conspiciuntur, certum est signum pestilentis putridæ, præcipuè vbi seminaria in aere obseruantur. Hinc & dolores capitis, præpensio ad somnum, calor internus circa præcordia, qui tamen foris remissior apparet, dolores circa collum, halitus ex ore foetens. Aliqui obmutescunt, delirant, linguam aridam habēt. Nares liui-

dæ fiunt, sicut & fauces. Ad sunt interdum & alia symptomata (quæ omnia commemorari non possunt) pro ut seminaria malignitatem, & proprietatem certam in se habet, cui tantum antidotis occurritur. In aliquibus Theriaca, & Mithridatium sufficiunt, in mitioribus etiam terra sigillata, bolus, & similia. Quæ omnia conuenit obseruare Medicum, etsi vera antidotus soli Deo nota est, nec omnibus eadem præscribenda sunt. Porro hic sciendum, quamuis natura seminaria illa concepta per apostemata, pustulas & petechias expellit, non tamen totam materiam eiici, sed partem eius intus retineri, quæ fomentum est febris pestilentialis. Antiqui Medici pauca de bubonibus & apostematibus scripserunt, & ferè solos carbunculos nominant. Verum in nostris regionibus, in quibus humores crassiores sunt, abscessus frequentes sunt, & carbunculi periculosi. Omnia autem pestis signa expressè notare, propè impossibile est. Igitur meæ de curatione sententiæ quæ maximè diuino auxilio opus habet, hoc erit fundamentum, quod
iam

iam constitui, & prætermiſſis ſignis & ſymptomatibus peſtilentialibus à me vel ab aliis iam obſervatis, hoc moneo, inter initia nonnunquam ſeminaria concepta adeo eſſe lenta, maximè in robuſtis corporibus, vt ſepè per aliquot dies vel hebdomadas lateat, antequam cor verè oppugnent; ſapè frigus ſentientibus ægris, interdum calorem & dolorem quendã vagum in primis circa emunctoria. Ideo hi, ſi cum infectis verſati ſunt, maturè ſeparantur, exhibitis expulſivis, iisq; quæ roborant, antequam malum inualeſcat. Cùm verò infectio non amplius occulta eſt, ſed publicè graſſatur, non eſt differenda curatio, & natura morbi per ſigna, & proprietates agnoſcenda: conſiderandũ ægri corpus, reſiſtendum veneno natura roboranda. Igitur, ſi corpus ſanguine abundat, aut vitioſis humoribus, nec epar aut venarum meatus aperti, certum indicium eſt, contagium vehementius inualeſcere, & febrẽ, etſi foris mitior apparet, vehementiorem eſſe. Quam ob cauſam ad vtrumque in curatione reſpiciendum eſt & curatio ad expulſio-

nem, & summam putredinem dirigēda.

Et vt primū de venæ sectione more Medicorum dicam, ita sentio. Et si venenum inspiratione haustum venæ sectione non expellitur, & vires in curatione constare oportet, quas neque phlebotomia, neq; purgatione deicere vtile est, tamen si corpora plethora laborant, aut aliis vitiosis superfluitatibus scateant, & constet adesse infectionem, vena secanda est, non neglecta tamen præpotenti causa. Vbi autem nulla plenitudine, nec vlla hinc virium oppressio fuerit, nō subito ad venam Medicis properandum est, cū experientia doceat, plures hoc modo tolli, quā seruari. Nam misso sanguine, si eius copia non adsit, corpora debilitantur, & humores ita commouentur, vt venenum magis dominetur. Nolim igitur esse author, venæ sectionis temperanter viuentibus, & plethora nō laborantibus, sicut nec purgationis in nō impuris corporibus, cū in his satis sit sumpto clystere ad antidota confugere.

Id obseruet ij, qui pestilentium morborum curationem administrant, & facile

cilè coniciant, quàm multis vtroq; auxilio hoc, venæ sectione, & purgatione, noceant. Certè si morbus à solo contagio est, vt nunc; sectione hac minimè opus est, vbi scilicet à sola inspiratione contracta pestis est. Quòd si vehemens putredo adsit, vt certè in pestilentibus non contagiosis, ibi non differēda sectio, maximè ob victus intemperantiã, & in plethoricis, modò cautio necessaria adhibeatur. Pestilentes autem contagiosæ, quę tantum sunt à contagio, nō referendæ sunt sub regulas, seu canones de missione sanguinis, nec eo modò curantur, et si venæ sectio interdum non noceat. Quia verò in putridis maturè mittendū est, de eo pauca monebo.

Primùm diligēter obseruandum est, cū infectio & pestilentiales febres subitus morbus sint, qui cor, imo ipsam cordis substantiam sæpè adurit: si vires constāt, statim initio in plethoricis corporibus, venam non esse intermittendā, vt ab onere naturali liberetur, obstructions tollantur, & putredo corruptionem non augeat. Vbi autem non est sangui-

nis copia, & infectio ex contagio infecti orta est, non est mittendus sanguis, sed subito veneno occurrendum, modò ad putredinem diligenter attendatur.

Præterea, si ætas tenera, aut senectus obstat, ob debilitatem natura magis læderetur misso sanguine, & satius est sudore contagij seminaria euocari, & quotidie uti antidotis, quibus corroboretur, & vires conferuentur.

In sanguineis autem, & ubi signa utraque sunt, & contagij, & vehementis putredinis, etsi ob magnam plenitudinem & virium ab ea oppressionem vena secanda sit, modus tamen seruandus, & parcè mittendum, ne æger vires amittat, & natura cui omne nimium inimicum, teste Hippocrate, prosternatur. Igitur Medici incogitantes ægris suis plus nocent, quàm profunt; qui ex recepta consuetudine statim ad venæ sectionem confugiunt.

Quòd si vero plethora adest, & magna in sanguine perturbatio: satius est bis de die mittere, quàm semel in quantitate magna.

Est qui-

Est quidem vnus ex scopis missionis sanguinis non modò plenitudo, sed & magnitudo morbi, & cùm vires opprimuntur, cõmunis sententia est, post horam vicesimam quartam mitti iam non oportere.

Verùm Medicus cõsiderare nõ tempus debet, sed morbum, temperamentum, & vires, quæ expulsi maximè deprehenduntur, & si morbus, ac corpus postulant, etiam altero, vel tertio die, viribus nõ laborantibus, opportunum remedium non est intermittendum. Sed Medici periti raro talibus curationibus interfunt; ideo chirurgis hoc dictũ esto.

Cùm autem bubones, apostemata, & exanthemata apparent, hoc sciendum, si sine rigore, & calore erumpũt, & nulla signa nimij sanguinis adsunt, non esse mittendum sanguinem; sed contra venenum purgandum. Vbi verò plethora est, & febris se ostendit, & vires ferunt, magna tamen cautione adhibita, ne veneni vis augeatur, vena secari potest.

Quòd verò aliqui existimãt, ita trahi intra venas venenum missione sanguinis,

rectè dicitur in eo casu, cùm natura criticè expellit. Sed quia ob copiam natura coacta hoc facit, releuanda est ab onere, si satis manifesta est plethora, & virium robur, vt superari reliqua materia peccàs possit. Nam hïc secundũ Deum, natura sola adiuta remediis veneno resistit, & frustra experimētis creditur. Præcipiunt aliqui, vt bubonibus & carbunculis in venę sectione cucurbitulę apponantur, sine scarificatione, vt venenũ in eo loco maneat, quo natura semel expulit, imò vt & euocetur magis: quorum sententiam non improbo, modò ne quis grauior dolor consequatur, & suadeo, vt omni cura, id, quod natura aliquã in partem propellit, cucurbitulis, emplastris è resina, & pice euocetur, quod si succedit, vena intermittenda est, & soli veneno occurrendum. Quod si natura apostema molitur, suppuratio tentãda, & vis detrahenda, vt infrà docebo, cor muniendum perpetuò, & expulsio adiuuãda.

De loco autem missionis ita docent veteres practici, si plenitudo adsit, primum clystere adhibendum esse. Postea
mediam

mediam dextræ secandam, & si sanguis abundat, multum mittendum; postea in sinistro latere. Nam vtraq; æquè vicina est cordi. Quòd si verò circa ceruicem, & aures aliquid eruperit, cephalicam secant; sin sub axillis, basilicam, vel mediã, quæ si non appareat, infrà in manu mittendum maximè ad auricularem.

Si verò circa pudenda fit eruptio, in pede eiusdem lateris vena pertundatur. Sed cùm circa aures, vel ceruicem quid erupit, capiti prospiciendũ. Si circa pudenda, epati: cùm certum sit, parotides non apparere, nisi affecto cerebro; nec bubones, nisi epate affecto. De his hic locus copiosam mentionem non fert, illud saltem conclusionis loco addam, me in febribus contagiosis, & à contagione ortis venæ sectionem suadere non posse; sed tantum quia communis opinio vim veritati affert, & quia magna est nostræ gentis intemperantia, vt id fiat, quod tutissimum est. Et tamen magis ad victus rationem quàm ad missionem sanguinis respiciendũ, & etiam si ægri, vt vires conferuentur, interdũ cogendi sunt, vt edât,

iuxta sententiam antiquorum Medicorum, tamē ad esum carniū ne adigan-
tur. Potus purus sit, in quem Senectio sit
impositus: possunt & sani homines eā
plantā in potu vti magno cōmodo. Ra-
sura autem cornu cerui præstātissimum
est. Nam præpotenti illi causæ non mo-
dò medicamentis, verum etiam alimen-
tis & alteratione aëris attrahēdi accu-
ratè resistendum est.

De purgantibus & purgandi ratione.

ETIAM purgandi certæ leges sunt, vi-
dendumq; , an permittere purgatio-
nes vtile sit, & quādo necessariæ sint, vel
nō sint, itidemq; num præparatio aliqua
materiæ præmittenda sit. Quia verò su-
prà monui in præseruandi ratione, eos,
qui impura habeāt corpora, (nam hi so-
li ea euacuatione indigent) de consilio
Medici præsentis euacuari oportere, ac
victus moderatione, & vsu pillularū, vel
orbiculorum cumulationi humorū oc-
currendum esse, planè confido, si quis ei
consilio obedierit, eum in curatione e-
uacuationem nō desideraturum. Quip-
penul

pe nullo purgante medicamento seminarium pestis eiicitur, nisi fortasse magna naturæ commotione facta, quod fit satis periculosè cum antimonio & similibus, quorum vsu natura irritata cū noxiis etiã utilia eiicit. Qui verò neglecta nostra superiore admonitione, impuritatibus sciant, & debiles sunt, non initio morbi statim purgandi sunt, cū periculum sit, ne vires planè concidant. Sed si vires constant, statim id, quod ad est, expurgandum est, modò ne expulsio impediatur: sed purgantia simul etiã venenæ aduersentur, vt est oxymel cum agarico, & infuso senæ, quod pituitam, & adusta euacuat. facit idem syrupus rosafus solut. cum decocto Thamarindorū, qui siccos biliosos humores expurgat. vtrumq; veneno resistit, & dantur ab ʒj s. ad ʒij s.

Potest & decoctum fieri ex herbis, & radicibus, quæ veneno repugnant, & solutiua admisceri & potionem ruffi, tantoperè à veteribus commendatam, pro morbi conditione sumere, non inutile fuerit.

Et quamuis fatendum est, purgantia omnia solutiua iis esse periculosa, qui iam infecti sunt, & humores vitiosos ex sententia Medicorum prius præparatione indigere, si verè ex arte purgatio debet institui, tamen quia tempus, & moram eam in præparando morbus ferre non potest, ob metum collabentium virium, ideò statim initio purgandum est corpus, modò ne venenū, quod purgatione non eiicitur, intempestiuè cōmoueatur; sed onus tantūm subtrahatur. Ideo, qui hos morbos curant, monitos volo, vt cautè & circumspèctè præbeant purgantia, ne plus noxæ, quàm commodi sequatur. Ac nisi ipsa necessitas postulet, ne oxymel quidem cum agatico, aut syrupus ros. solut. (quem ego peculiariter cū extracto Rhabarbari præparari curavi, & certè vtrumq; veneno aduersatur) vsurpandus est, sed tantū veneno occurrendum antidotis expulsiuis, materiã per clystere subtracta. Scribit enim magni nominis practicus, cum, qui maturè his tribus vtatur auxiliis, clystere simplici, (non composito ex quamplurimis, vt fit plerum-

plerumq; non sine læsione) venæ sectione, & antidoto contra venena, & putredinem, certo seruari. Ac si quis obiiciat, non tuta esse clysteria ob metū secuturi fluxus colliquatiui, respondeo, locū Galeni de colliquatione in febre pestilentiali, nō de fluore alui colliquatiuo accipiendum esse. Non interim nego, si feces tenues, & frequentes excernantur, rem esse in periculo, & magis aliquādo, quā si aluus nihil excerneret: sic & cūm vrina nigra & turbida est, vel cruda; si profluat sanguis, sine ægri leuatione, si externa refrigerentur, si sudor frigidus circa pectus, & nares liuidæ sunt, facies sæpè mutetur, quæ omnia lethalia signa sunt. Sed de quæstionibus, ex quibus vulgus parum proficit, non est hîc laborandum. Monui tamen propter eos Medicos, qui in libris editis crassos errores nobis obtrudunt, & præcipitatum ac antimonium tantoperè commendāt, cum maiore hominum interitu, quā salute, & auxilio.

Addam autem formulas medicamentorum, quorum suprà mentionem feci:

Oxymel cum Agarico.

℥ Mellis ℥ j.

Aceti ℥ s.

Agarici ℥ ij.

Decoq. & co-

lentur, in colatura infunde agarici tro-
chisc. in petia linea ℥ ij. Seruetur ad
vsum:

℥ Huius oxymell. ℥ ij.

Brodij Zz. condit. ℥ ij.

Aq. Cinam. ℥ j.

M. f. haustus.

℥ Syrup. ros. sol. q. v. in singulis vnciis
infunde Rhab. opt. ℥ j.

Describam autem ordine processum
eruditi Medici. Primum is præbet ta-
lem potionem, aut medicamentum eius-
dem intentionis & scopi.

℥ Aquæ nucum ℥ iij.

Succi vel pulu. verbenæ ℥ j.

Theriaca ℥ ij.

Crocī ḡ. vj.

Misc.

Aqua nucum ita præparari debet:

℥ Juglandes virides, incidantur minu-
tim, & infundantur aceto, donec mar-
cescant, & postea destillentur: potest e-
tiam sine aceto præparari, vel saltem, ut
asero

aceto irrorentur. Preparatur & hoc modo.

℞ Nucum iuglandiū immatur. circa festum D. Iohannis collecteram N. 100.

Scabiosæ.

Verbenæ.

Solani.

Semperuiui an. m. j.

Misce, & affuso aceto vini optimi per noctem stent in infusione, mane destillentur lento igne.

Ea potio aliquando vomitū ciet, absque læsione ventriculi, tamē sudorē pellit, & vehementer veneno aduersatur. Vbi autem nō multa materia est in ventriculo, clystere detur ex decocto veronicae cum butyro bene salito, vel suppositorium. Aliqui cremorē hordei vsurpant pro enemate, quod & ipse probō, si flatus non gignit, cum benè acres humores contemperet. Vbi autem crassi sunt humores piritosi, nescio quid consecuturum sit. Hunc vsum enematum ea lege pono, quatenus opinio de venæ sectione locum habet, quam ob magni-

tudinem morbi nemini eximam, saltem hoc affirmo, si quo in auxiliij genere magna cautio adhibenda est, id maximè in secanda vena præstandum esse.

Iam qui aqua nucum vfi sunt, duodecim horas quiescant, & saltè interea cor, & ventriculū muniant crusta panis cum aceto, & absynthio ventriculo imposita. Qui ea aqua nō sunt vfi: etsi semper absque incōmodo vsurpari potest, sed clystere sumpserunt, & venam secarunt, iis maturè hæc potio detur, vt sudent:

℞ Aq. Tormentillæ.

Cardui an. ℥ij.

Theriacæ ℥ij.

Terræ sigillatæ vel Boli ℥jss.

Camphoræ ḡ. iij.

Aceti rosarum parum. Misc.

Si deest terra sigillata, vel bolus eius loco cornu cerui vsurpetur, cū margaritis, & oculis caneri. Si ne sic quidem sudor sequitur, non ob id damnandum remedium. (Nam nec sudor semper prodest) & tum Electuarium Theriacale de succis cum aq. acetosæ, vel nucum dari potest.

Ad pro-

Ad prouocandum sudorem, & expul-
 sionem multis Diasulphur placet. Quia
 verò sulphuri malignitas non facilè adi-
 mitur, & sæpè præparatione fit deterius,
 suadeo, si qui rectam præparationem nõ
 nouit, vt securius agat, & puluere cùrati-
 uo cum optima theriaca, & succo cardui
 vtatur. Pauperes coquãt Tanacetum in
 tenui cereuisia, cum aceto, & haustu in-
 debibant. Calido tempore pro Tanace-
 to, acetosa sumi debet. Addi potest &
 puluis de Camphora & Scordio aurei
 quantitate, vel in aqua cardui benedicti
 calidè ebibatur. Quòd si potiones ex e-
 uomuntur, debent tertio iterari, si ne-
 dum quidè manent, hæc potio sumatur:

℞ Extractionis de angelica & Enu-

la ana ℥ s.

Aquarum scabiosæ.

Cardui an. ℥ j s.

Cui extractio vera angelicæ non nõ-
 ta est, vtatur decocto, vel sale angelicæ,
 qui validè sudorem mouët, sicut salia ex
 herbis, quæ in hac affectione vsurpãtur,
 scordij, scabiosæ, cardui, securissima &
 præcipua expulsiuua sunt. Modum autem

præparandi omnes periti pharmacopœ-
læ sciunt ex Reimundo Geber, ut non sit
neceſſe à Paracelfiſtis talia petere. Eiuf-
dem extractionis loco addi poteſt & ſuc-
cus verbenæ optimè coctus, & inſpiffa-
tus ad drachmā vnā, & eger verbenam
maſticeet. Quòd ſi ne ſic quidem conti-
neretur potio, ſolus DEVS poteſt ſuccur-
rere. Attamen ꝓ j. Mithridati, &
ꝓ ꝑ. Zedoariæ in Aqua Scabio-
ſæ detur calidè, pane etiam calido cum
aceto impoſito ventriculo. Fateor ex-
tracta & deſtillata in his morbis plurimū
valere, ſed artificem, & moderatorē po-
ſtulant. Ideo nō ita abſq; diſcrimine præ-
ſcribenda, ſi per ſolos pharmacopœos, &
imperitos Medicos gubernantur: mul-
tò minus hominibus ea porrigēda ſunt.

Porrò & illud conuenit obleruare, v-
bi magni ſunt dolores capitis, vel ventri-
culi, & ægri non dormiunt, camphorata
cautè adhibenda eſſe, & calidis tempori-
bus cautè calida exhibēda, cūm pericu-
lum ſit, ne inde vires concidant; & tum
porrigendus bolus armenus, terra ſigil-
lata, vel eius loco cornu cerui cum bene
deſtilla-

destillata aqua, vel purâ aquâ fontis, & acetato. Sed si nullus adest capitis dolor, camphora, vel oleum vitreoli bene præparatum cum sulphure rectè præparato detur, pro vt vires ægri ferunt. Quanquã in hoc casu, vel ista febre, camphora, oleum vitrioli, vel bene præparatum sulphur non ita metuenda sunt, quàm in febribus intermittentibus cæteris, & continuis, in quibus isti experimentatores incautissimè & raro sine periculo præbent.

Ne quis autem queratur, non integrè me sententiam meam de curatione exposuisse, & non posse quenuquam sanari, nisi pharmacopolia Bressensia ad manus habeat, volo magnorum Medicorù remedia quædam recitare, quæ magno successu à plurimis vsurpata sunt. Possem de iisdem multas experiētias verissimas commemorare, quas partim ipse obseruaui, partim ab aliis audiui fide dignissimis. Modò illud primùm præmittã, nullum esse remedium, quòd omnibus anni temporibus in hoc morbo præscribi possit. Nam et si omnes febres pestilen-

tiales quæ veræ contagiosæ sunt, de quibus solis hîc agimus (non de pestilentibus non contagiosis à sola putredine ortis) ubi malum extrinsecus contagione deriuatur, & inspiratione cõcipitur, expelli debent & quasi venenum antidoto iugulari, tamen expulsionis modus sit oportet, & non quodlibet quolibet tempore dandum, insuper & cor, quod maximè oppugnatur, & vires naturales roborandæ, quod nisi fiat, expulsiva parùm profuerint. Extat autem puluis qui ante 43 annos hîc magno successu vsurpatus fuit, & à multis, vt commune curatiuum febrium datur.

℞ Zuccari cand. ʒ iij.

Zinziberis ʒ ij.

Camphoræ ʒ j.

Misce.

Hic puluis ab excellentissimo Theologo D. Ioh. Hesso in xenodochia, & alia loca missus est, & ab infinitis hominibus magno commodo vsurpatus, & multo ante illa tempora celebratus: & sunt hîc qui pro omnium febrium curatione præbent, quo iudicio, prudentes Medici facilè possunt conicere: sed nõ patiun-

patiuntur sibi isti opiniones suas adimi.
 Datur autem puluis ad ʒ j. in aq. cardui
 vel scabiosæ, citissimè: Aliqui in vino
 dant, quod non probo. Utilissimū est su-
 mere in aqua, & aceto, in quo Tanacetū
 sit decoctum, maximè non calido tem-
 pore. Nam tum refrigerantia expulsiuis
 admiscenda sunt. Cur autem hęc cam-
 phoræ addatur zinziber facilè cōiici po-
 test, quia author camphoram frigidam
 existimauit, vt & vulgò habetur; sed
 camphora absque dubio est tenuissima-
 rum partium, calefacit cum calidis, re-
 frigerat cum frigidis. Ideo ei libentius
 calidis temporibus, bolum armenū, præ-
 paratos oculos cancri, vel cornu cerui
 adderem.

Alius puluis.

℥ Terræ sigillatæ vel Boli arm. præ-
 parati, & in Aqu. Scabiosæ loti,
 Zedoariæ, Diptami, Tormen-
 tillæ, Zinziberis ana... Cāphorę
 addatur, cum caput non infe-
 statur ad quamlibet ʒ ḡ.v.

Datur hic puluis in aq. Cardui ad ʒ j.
 vt sudor sequatur, vsurpatus fuit ab ex-

cellentissimo Medico Florentino in Italia, & adhuc hodie celebratur, quanquã Itali solam Tormentillam puluerifatam ad ʒj. cum bona Theriaca præbent, quæ mihi non displicet. Et quia tantoperè commédatur puluis Wildij de Euphorbio eum quoq; describam.

℥ Euphorbij ʒj.

Mastichis ʒij.

Croci drachmam mediam.

Zacchari ʒij. Datur ad ʒj.

Profuit multis in peste bubonibus insignita.

Electuarium.

℥ Scordij ʒij.

Tormentillæ.

Diptami albi.

Zedoariæ.

Gentianæ.

Angelicæ.

Gariophyllatæ an. ʒj.

Croci.

Camphoræ an. ʒij.

Puluerisentur omnia seorsim & commisceantur & aspergantur aq. cardui, in qua dissoluantur Theriacæ ʒij. & cum
syrupo

syrupo de succo cardui & scordij fiat Electuarium.

Hoc Electuarium datur in aq. cardui ʒj. vel plus etiam. Præparatur etiam, vel sine camphora, & efficaciam eius possem verissimis testimoniis ostendere & facili sumptu paratur & paratu facile est. Si quis malit Diascordion Fracastorij, potest eo uti, cum sit præclarissima compositio; præfero tamé ei compositionem theriacalem Mathioli, vel Germanicam meam Theriacam.

Aliud Electuarium.

ʒ Rad. Diptami.

Tormentillæ an. ʒ s.

Succini albi ʒj.

Camphoræ ʒ s.

Hyacinthi præparati.

Auri fol. vel subtil. lima. & succo limonum vel aceto citri præpar. an. ʒj.

Pulueris entur puluerisanda subtilissimè seorsim, & commisceantur, & aspergatur aliquoties aqua cardui, in qua decoq. radic. ʒz. & postea commisceantur cum Theriacæ opt. ʒjs. add. syr. scor-

dijparum. Detur de eo ʒ j s.

Aliud.

Ludouicus de Leonibus præclarissimus Medicus hoc præscripsit Regi Vngariæ & magno munere affectus est.

ʒ Tormentillæ,

Diptami,

Gentianæ.

Terræ sigillatæ,

Corall. rubeor. an. ʒ j.

Sed magis habeo pro præseruatiuo quàm curatiuo, & tamē in carbunculis, vel peste carbunculis insignita tutius remedium est, quàm alij calidi pulueres. Ponit autem Ludouicus de Leonibus, vt à discipulo eius obseruatum reperio, hoc præseruatiuum.

ʒ Sem. acetos.

Citri.

Tormentillæ an. ʒ ij.

Boli arm. ʒ ij.

Margarit.

Cornu cerui an. ʒ j.

Santal. omnium.

Ozimi an. ʒ j.

f. puluis.

Huius tertia pars sumitur mane in aq.

aceto-

acetosæ, & pauco aceto. Hæc autem cæ-
 teris addere volui, quum hoc anno 1585.
 propè in omnibus infectis corporibus
 carbunculi reperiantur. Electuarium
 autè supra præscriptum etiam curationi
 seruit, & addi posset vnicornu & Sma-
 ragdus, quanquam nescio quid nostris
 preciosis lapidibus fidendum sit. Cur
 magnificiam illud Electuarium aliàs si-
 gnificabo, & certum est, si quid contra
 pestem magnam vim habet, hoc esse v-
 num ex præcipuis; nihil tamè cæteris vel
 compositionibus, vel simplicibus detra-
 ctum volo: & extât multi hinc inde pul-
 ueres, multa electuaria, & potiones, è
 quarum numero seligat quisque, quòd
 maximè arriserit, tantùm moneo, quod
 & antea aliquoties, nimium calidis me-
 dicamentis tempore calido naturâ non
 esse debilitandam, nec urgendos agros
 nimium maximè, quorum rara, & calida
 corpora sunt, vt iuuenum facileq; resol-
 uuntur. Leguntur autem passim & alia
 nonnulla, quæ & ipsa hoc loco placuit
 adscribere.

℞ Theriacæ opt. ʒj,

Smaragd ḡ.v.

Semin. citri.

Scordij an. ḡ s.

Aq. nucum.

Vel Veronicæ.

Acetosæ.

Scabiosæ.

Aceti ḡ iij. *Aliud.* ʒ Aquæ Buglossi. ḡ iij. Margar. præpar. ḡ j s. Rasuræ auri ḡ j. Vnicornu veri ḡ s.

Misc. f. haustus.

Aliud. ʒ Ther. elect.Spec. Liberantis an. ḡ s.

Pulueris Diptami.

Zedoariæ.

Terræ sigillatæ.

Croci.

Boli armen. an. ḡ s.

Aq. Scabiosæ.

Sambuçi an. ḡ j s. Aceti ḡ s.

Misc. f. potio.

Paluis

Puluis Diaphoreticus Pragensium.

℥ Zedoariæ.

Enulæ campan.

Pimpinellæ an. ʒj.

Rad. Scrophul.

Tormentillæ an. ʒij.

Croci ʒij.

Camphoræ ʒs.

Misc. Dosis ʒj. cum vini ʒiij.

& aceti ʒs.

Aliud.

℥ Decoct. rad. Chelid. fact. cum suff.

q. aceti ros ʒiij.

Theriacæ elect. ʒj. M.

Aliud.

℥ Radic. Cucumeris syluestris q. s.

Teratur in mortario cum tenellis foliis
 semperuiui, apij & coriandri bene tritis
 & mixtis, adde mellis & piperis modicū.
 Seruetur in vase stanneo, datur quanti-
 tas nucis auellanæ ex vino optimo. Tan-
 ta est vis huius medicamenti, vt qui eo
 vsus fuerit, tutus sit ab aëre venenato, &
 cum infectis conuersari possit, & corre-
 ptus sanescat.

Aliud.

℥ Sulphuris.

Croc.

Theriac. Venet.

Thuris an. ʒj.

Cum liquo-

re conueniente detur.

Aliud.

℥ Aquę destillat. ex meditull. radicis
 personarię maior. & cortice tenero in-
 teriore, & surculis teneris fraxini arbo-
 ris. Vñ sunt Gedanenses, Anno 1564.
 præseruat horis 24. Vide Plinium de
 Fraxino.

Puluis Alexipharmacus.

℥ Boli veri aliquoties loti ʒj.

Rad. Tormentill.

Dictamni.

Tunicę.

Santal. rubeor. an. ʒj.

Rasurę eboris.

Spodij.

Corticum citri an. ʒs.

Margarit. splendid. ʒij.

Fragment. Rubini, Granati, Sma-
 ragd. Saphir. Hyacinth. an. ʒj.

Rasur. vnicornu ʒs. M. f. puluis.

Aliud.

Aliud.

℞ Unicornu.

Cornu cerui vsti.

Scordij an. ℥ j.

Camphoræ ḡ. iij.

Syr. de cort. citri ℥ j.

Aq. veron. ℥ ij.

M. f. haustus sudoriferus.

Gesnerus in Epist. ad Cratonem.

℞ Euphorbij.

Mastichis an. ℥ s.

Crocī Oriental. ḡ. v.

Trita excipiantur melle rosac. f. Massa.
Dosis ℥ j. ad ℥ j.*Florentini Medici.*

℞ Euphorbij ℥ xvj.

Gummi elem. ℥ j s.

Mastichis ℥ j.

M. Dosis ℥ j. cum aq. scabios.
vel brodio.*Gesnerus in Epist. ad Platerum.*

℞ Philonij ℥ s.

Mastichis.

Angelicæ.

Tormentill.

Euphorbij.

Camphoræ an. ℥ s.

Aq. acetos. ℥ j s.

Aceti ℥ s. M. f. haustus.

Idem.

℥ Theriacæ veteris ℥ j.

Elect. de ovo ℥ s.

Ol. vitreoli gutt. vij.

Aceti fortissimi ℥ j.

Aq. Borræg ℥ j. M. f. haustus.

Aliud.

℥ Myrrhæ.

Croci.

Os de corde cerui.

Dictam. alb. an. ℥ ij.

Zz. albiss. ℥ s.

Camphoræ ℥ j s.

Zedoariæ ℥ ij. ℥ ij.

Tormentill. ℥ ij.

Theriacæ.

Mithridati an. ℥ iij.

Misc. fiat electuarium.

Aliud.

℥ Pulver. fol. scordij ℥ vj.

Zedoariæ.

Angelicæ.

Gario-

Gariophyll.

Tormentill.

Dictamni an. ʒ ij.

Gentian. ʒ j s.

Crocī ʒ j.

Theriacæ veræ ʒ s.

Syrupi de succo scordij q. s.

f. Electuarium.

Satis iam multa hæc: De quibus omnibus verissimū est, difficile esse vti curatiuis, cum pestis cor iam obsedit: vt iis accidit, qui in nosocomia altero vel tertio die à contagio hausto transferuntur: quo loco ne hoc quidem est dissimulandum, crudele esse, etiam non infectos in ea loca detrudi. Etiam illi malefaciunt, qui cum lenta inquinamenta conceperint, & in expellendo naturam fortē habent, tam diu inter homines circumeūt, donec subito in publico concidant. Verū vt de compositis agam medicamentis, si quis compositionem desiderat, in qua ferē omnia ea simplicia sunt, quibus veneno resistitur, reperiat huiusmodi in commentariis D. Mathioli in Dioscoridem, certē Theriacæ par est. Est & aqua

eiufdem præferuans.

℥ Aq. vit. ex vin. opt. quater deſtill.

℔ ij.

Syrupi de ſucco citri ℥ v.

Vini maluat. ℥ iiij.

Antidoti Mathil. ℥ x.

Camphor. ℥ ij.

Rad. Diptam. alb.

Tormentillæ, Biſtort.

Zedoariæ an. ℥ s.

Spec. elect. de gemmis.

Liberantis.

Cinam. opt. an. ℥ ij.

Mofchi fini ℥ s. f. infuſio per dies
8. ſingulis diebus ſemel agitando. Dein-
de per tres dies quieſcant, & per decli-
nat. in aliud vas, quouſque clara fluxerit,
percolentur. Seruetur uſui vitro clauſo
Doſis ℥ j. poteſt miſceri cum ſucco citri
vel limonum.

Quòd verò aliqui exiſtimant ſe ex
compositionibus, quas bolus, gemmæ,
aurum, argentum, & eiufmodi alia ſim-
plicia ingrediuntur, quintam eſſentiam
poſſe extrahere, id falſum eſſe, ſciunt de-
ſtillationū periti, & mera impoſtura eſt;
quicquid

quicquid de auri, & gemmarum destillatione dicitur, & tamen ab his non modo principes, sed & ipsi Medici persæpè decipiuntur.

Ferdinandus Imperator cùm diligenter in omnia inquisiisset, tamē in tabulato acquieuit. Imperator Maximilianus magnum volumen collegit antidotorum, quæ à Principibus & doctis Viris hinc inde acceperat, sed in eo nihil est, cui fidere quis tutò possit. Contuli & ego cum multis magnorū Principū Medicis. De omnibus idem est meum iudicium. A multis annis sicubi esset pestilentia grassata, ad eorum locorū Medicos scripsi, & quid in infectionib. præstantissimum deprehendissent, rogavi. Ut clarissimi Medici, Hieronym^o Donzellinus, qui in Veneta peste multis profuit: D. Theodorus Zuinggerus, qui infectos Basileæ inuisit, & curauit, D. Ioachimus Camerarius Norimbergæ Medicus, id possunt testari; sed nihil de me gloriosè prædicabo, cùm per se cuiq; æstimare facilè sit, quantas occasiones apud tres Imperatores, multa inuestigan-

di habuerim. Optimum hoc, quod DEI
benedictionem adiunctam habet.

Nunc & pauperibus quedam prescri-
benda sunt, quibus in necessitate uti pos-
sint: profuit multis puluis ex campho-
ræ parte vna, zinziberis duabus, zaccha-
ri candi tribus. Addunt aliqui tantū sul-
phuris bene præparati, multiplici fusio-
ne in ceram. Sulphur & camphora, pro
validissimis contra pestem medicamen-
tis habentur, quod nō abiicio, modò vi-
deat quis, quàm benè præparatū sulphur
sit. Ego loco zinziberis sumerem cornu
cerui, oculos cancri, vel bolum, maximè
calidis temporibus. Quòd si quis melio-
rem habet præparationē sulphuris, cum
sale, oleo Tartari, & spiritu vini, potest
ea uti; modò caueat, ne ex sulphure ar-
senicum faciat. Id remedium autem so-
lis validis corporibus competit. Reliqui
inualidiores vtantur plantagine cum ra-
dice, acetosam, & Tanacetum coquant
in aqua & aceto partibus æqualibus cali-
do tempore. Frigido tempore, Dipta-
mum albū, & Tormentillam ana... con-
tundantur, & coquātur in aq. cardui, vel
aqua

aqua simplici; addant Angelicam præparatam, & frigido in aëre aliquid vini addatur. De eo puluere sumatur quantum quinq; grossis albis excipi potest, & ebibatur. Euocat venenum validè per sudorem. Possunt pauperes etiam coquere scordium, verbenam, rutam, tanacetum in aqua, & aceto, & quotidie semel vel bis bibere, quamdiu curatione indigēt. Hyeme radix chelidoniae & petasitis, & lappa maior, & radix gentianae coquantur in vino, addantur zedoaria & ante præscripta electuaria. Quia autem infectis pueris, & grauidis proposita remedia non dantur, iis etiam prospiciendum est.

Pro infantibus & pueris remedia.

SI Chirurghi rationem tenent tractandi hirudines, & scarificationes pedū & natium, hoc auxilium pueris etiam esset utile; maximè in putredine, & pestilente non contagiosa, si signa sanguinis copiosi adessent. Sed quia in his locis familiare non est, multa de eo essent prius monenda, & tamen sic etiam aliter ab aliis

acciperetur. Igitur, si teneri adhuc sunt, detur scrupulus vnus contusæ Tormentillæ in syrupo cardui. Quod si tertium vel quartum annum superarunt, de electuariis curatiuis scrupulus vnus vel 3 s. in aq. cardui detur, & in potu aliquid de tabulato meo iniiciatur, in quo sit & cornu cerui limatura. Alius aperta sit, non tamen vsurpatâ cassia, vel prunis cum foliis fenæ, quibus nonnunquam natura in pueris validè expellens, ab officio suo auocatur.

Grauidis quid obseruandum.

Hoc certè attētionē opus est, ne bis peccetur. Igitur mulieri sanguineæ & id consuetæ facere cum vteri in gestauerit, potest vena secari cū pestilens est febris, non contagiosa, & nondū septimus mensis numeratur à cōceptione, sed per vices sanguis mittatur, horis duabus aut tribus interuenientibus. Periti chirurgi sciunt, quomodo coalitio venæ oleo aliquo sit inhibenda, ne altera pertusio ferenda sit. Inter vtramq; autem missionē vtatur grauida bolo armeno, in aq. tormentillæ. Quod si non est
valdè

valdè sanguinea, nec antea in pede, (quod pleræq; faciunt magno suo cum periculo, cum sint grauidæ) sanguinem misit, suadeo potius medicamentorum vsum. Si nimium est sanguinis, & necessitas vrget, ex duobus malis minus eligendum est. Mature autem iis detur tormentilla contusa, & zedoaria ʒ s. vt fudent in lecto, vel vtantur hac potione.

℞ Zedoariæ.

Cornu cerui an. ʒ ij.

Margarit. ʒ j.

Mithridat. elect. ʒ s.

Decocti Zedoar. in aq. scabiosæ

ʒ iij.

Syr. de corticib. citri ʒ s.

Misce.

Cibo admisceantur coralli albi præparati, & externis remediis roborentur. Quia verò ferè abortus infectionem sequuntur, quamdiu infans viuere apprehenditur, abortus præcauendus est. Alius diligèter aperta seruetur, & pro corroboratione vesperi, & mane vtatur hoc electuario quantitate nucis iuglandis.

℞ Terræ sigill. veræ. vel,

Pp 3

Boli armeni. vel,

Cornu cerui vsti.

Tormentillæ.

Margaritarum an. ʒj.

Folior. auri N. iij.

Zaccari in aq. Borræg. dissol. ʒiij.

Misce.

Et si æstus est, de die & nocte aquam Tormentillæ acetosæ vel Borræg. possunt bibere, cum tritis Margaritis, & pauca aq. Cinam. & syrupo acetos. citri.

Quòd si ita infectæ gravidæ præscripta antidota sumpserint, & retinuerint, & fecerint illa, quæ debent, non quiescendum est in his, sed cor, & interna viscera maximè foetus cibo, & remediis intus ac foris muniendus est. Semper etiam veneno resistendum est, & videndum, quid natura valeat, quæ si apostemare vel exanthemate se vult liberare, vt eius diligens ratio habeatur, & apertum seruetur, quamdiu id fieri potest, quod & in cæteris ægris faciendum est.

Possunt gravidæ à tertio, & quarto, ad quintum mensem citra foetus iacturam sumere Specier. liberantis ʒj. in vino pauco,

paucō, vel aceto, vel Theriacæ optimæ
 ℥j. cum speciebus liberantis ℥j s. A men-
 se verò quinto vsq; ad septimum sumāt
 Theriacæ ℥ij. Specierū liberantis ℥j s.
 Inter sudandum epithematibus cordia-
 libus, admixta camphora & corrobo-
 rantibus præseruatiuis corroborentur.
 Aliqui & hoc probent.

℥ Decoct. Zedoariæ in aq. scabiosæ
 ℥ iij.

Mithridat. elect. ℥ ij.

Syrupi de cort. citri ℥ s.

M. f. haustus.

Aliud.

℥ Diptami albi.

Tormentillæ an. ℥ ij.

Margarit. ℥ j.

Fol. auri N. iij.

Zacchari in aq. Borræg. dissol. ℥ iij.

M. f. rotulæ ad roborandum.

Hic monere operæ precium est, sua-
 deri ab aliquibus, vt materia in aposte-
 matibus & pustulis cucurbitulis euoce-
 tur, quod probo, vbi exanthemata sunt.
 Ad id frictiones vtilis sunt veterū, cum
 aqua, oleo & nitro, vt Ruffus & Aëtius

docēt, verūm de his cūm de publica peste & contagiosa agamus, nihil est necesse doceri. Descriptio talis est.

℥ Olei amygdal. amar.

Aquæ an. ℥ ij.

Nitri ℥ ij.

M. bulliant vsq; ad aquæ consumptionem, vt redeant ad formam liniamenti.

Vnum addam, bene destillatā aquam acetosā cum succo limonum, vel aceto pro pueris & grauidis tantum valere ad curandum, quantum forrasse nulla alia operosa compositio. Sed multum est in destillatione positum: possunt & alij vti, maximè si carbunculi appareant.

Quæ victus ratio infectis obseruanda sit.

IN victu non est indulgendum ægris, si nolint edere, sed cogendi diligenter, modò vt parum & sæpè detur, & ij cibi porrigantur, qui in ventriculo non facile corrumpuntur, & boni succi sunt. Igitur vtilissima iura gallorum cum citro & acetosa cocta. Itē succus ptisanæ in tali iusculo

iufculo coctus. Pauperibus cibi cum acetato præparentur, nec onerentur carnibus. Possunt tamen vesci affis auiculis, gallinis, carne vitulina. Oua ægris non profunt, maximè cum butyro. Omnia mediocriter salita sint, & si balsameta ex herbis resistentibus venenis, & putredini, fiant, vtilissima sunt.

Potest etiam bolus, terra sigillata, vel cornu cerui in cibos misceri, vel fiat talis puluis. Sume santal. rub. & alborum ana vnciam semis, cornu cerui vsti ʒ ij. Cinamomi ʒ j. fiat puluis, qui cibo inspergitur, & quamuis aromata nimium sumpta nõ semper profunt, tamè crocus & cinamomi parùm tutò datur, admistis corallis tritis, vel margaritis. Si valde sitiunt ægri, non est iis nimium indulgendum. Dum edunt, pura concedatur cereuisia, in qua imposita sint acetosæ vel plantaginis folia, Senetionis itē, & Tormentilla, & frigido tēpore Angelica potui imponatur. Omnino autem, ij, qui comparare id sibi possunt, rasuram cornu cerui in petia potui addant, & inde bibant: nam vt expertus sum, etiam ad

præseruationem plurimū facit. Et cū alter, vel tertius dies abiit, & nullum signum delirij apparet, nec dolor molestus est, nec suspicio alicuius interni apostematis. Vinum tenue purum cōcedatur, cum aqua, cui cornu cerui fuerit impositum, vel aqua Tormentillæ vel acetosæ affusa. Inter prandium & cœnam concedi debet aqua acetosæ, & ei infundi potest olei vitreoli optimi, guttæ tres, quatuor vel quinque. Sin id non haberi potest, semper antequam bibunt, vtantur particula dimidia tabulati Cratonis, vel liberantis Dni Ferdinandi Imper. Vtilis est iisdem & hic sequens iulepus:

℞ Aquarum cardui.

Scabiosæ.

Acetosæ.

Borraginis an. ℥ss.

Syr. è succo cardui.

è Cort citri.

è S. acetos. citri an. ℥j.

Camphoræ ḡ. iij.

Mis.

Si ventriculus male affectus est, omitatur Camphora, & eius loco addantur guttæ duæ vel tres olei vitreoli, & etiam-

si Me-

si Medici, ignorantēs naturā olei vitreo-
 li id reprehenderent, tamē non pugna-
 bo cum istis. Quòd verò aiunt, oleum
 vitrioli esse corrosiuum medicamentū,
 id vt falsum conuincit experientia, hoc
 tamē moneo: quod sine vehemēti ca-
 lesfactione exiccet vehemēter, præfer-
 tim si detur cum refrigerantibus. Do-
 lendū est plures Alchimix deditos ma-
 iorem istarum rerum intelligentiam ha-
 bere, quā doctos, qui istis vt nesciunt.
 Præterea ægris quotidie manè Electua-
 ria præseruatiua præbeantur, ad drach-
 mam vnam semis, in aqua cardui, scor-
 dij, verbenæ, acetosæ, borraginis, veroni-
 cæ, scabiosæ, tormentillæ: dulcorentur
 autem cum syrupo acetositis citri, de
 succo scabiosæ, de succo borraginis, de
 succo cardui, scordij, pro ægrotantium
 qualitate.

Ditiores tertio quoq; die drachmam
 semis theriacæ vel mithridati plus, mi-
 núsve sumant, prout vires se habēt, cum
 zaccharo borrag. aut in aquis nominatis
 dissoluatur, vt de electuariis monuimus.
 Multi magni faciunt, & quidem meritò,

Diascordiū Fracastorij: subuenire egen-
 tioribus debebant diuites, vt dari iis pos-
 sit zaccharum rosatum, zaccharum bor-
 rag. ana ʒ s. zacchari candi ʒ ij. zinz. ci-
 namomi & santal. alb. an. ʒ j. boli arme-
 ni ʒ s. camphoræ ʒ j. f. electuarium, de
 quo ægris detur mane quantitate iuglā-
 dis. Vt autem tota curandi ratio conclu-
 datur, hoc monebo, in Xenodochiis,
 quo ferè iam pridem infecti transferun-
 tur, initio ægris quietem concedendam
 esse, & danda corroborantia, quæ tamen
 infectioni respondent, vt bene destillata
 aqua acetosæ, quæ prius aceto abluta fu-
 erit, Itē plātago cocta addito saccharo, ma-
 ximè vbi carbunculi apparēt, nec statim
 esse properandū ad potiones sudorife-
 ras. Verūm vno expulsiuo omnibus vel-
 le subuenire non est arti consentaneum.
 Nec omnibus conueniūt fortes illi pul-
 ueres de euphorbio, & olibano, quibus
 imprudentes vtuntur, et si calidè sudorē
 cient, vtilius esset, si decoctū radicis bar-
 danæ, acetosæ, plantaginis vel tanaceti v-
 surparent. Illud in re tamē optimum est,
 quod euphorbiū non valde fortè assumūt.

De præ-

De præparato Antimonio, quod ita post multiplicē fusionem vocāt, & cum sale nitro, quod sudores mouet, præparatur, & sæpè in peste vsurpatur, ij viderint, quo modo artem suam tueātur, qui id laudant, & exhibent.

Obseruandum autem, cùm æger sudat, vt à somno auocetur, operam dandam: à venæ verò sectione haustus aquæ acetosæ vel tormentillæ porrigatur, & Manus Christi cum oleo cinamomi, vel alia cordialia adiiciantur, cùm diligentissimè cor muniendum, & veneno, ac putredini resistendum sit.

Post sudorē æger linteis abstergatur, & mutantur lecti & puluisculi madefacti aqua cordiali carpo alligentur. Eadē aqua syndones imbuantur vel lintea duplicata, & regioni cordis applicētur. Reperitur aut in omnibus phatmacopoliis. Idem facit & vnguentū theriacale, quo die & nocte ter cor inungendum est. Ad hunc vsum facient hæc:

℥ Caponem ad iustam eliquationem coctum vna cum brodio: Adde fol. Acetos. Borrage. Pimpinell.

an. m. j. Micæ panis albi ℥ j. Vi-
ni generosi ꝑ iij. Zacchari rosati.
Borrag. an. ℥ s. Sem. acetos. Citri,
Portulacæ, Coriandri præparati,
Cornu cerui præparat. ana ꝑ ij s.
Santal. rub. ꝑ ij.

Ponantur omnia in alembicum vi-
treum & per balneum destillentur.

℥ Aquæ prædictæ ꝑ iij.

Syr. acetos. citri.

Oxyfaccari an. ꝑ j s.

Aq. cinamo. ꝑ j.

M. fiat haustus refectiuus.

Vel adde priori destillationi aliquid
pulueris sequentis roborantis:

℥ Margaritarum.

Corall. rubeor.

Corn. cerui vsti.

Granat. præpar.

Rasuræ eboris.

Vnicornu an. ꝑ s.

Fragm. hyacinth.

Smaragdi.

Rubini an. ꝑ j.

Fol. auri N. x.

Misc. f. puluis.

Aliud.

Aliud.

℞ Aquæ Borriginis.
 Bugloss.
 Acetosæ an. ℥j.
 Marg. præpar. ℥ ij.
 Fol. auri N. iij.
 Aq. cinamom. ℥ j.
 Syr. acetos. citri ℥j.
 Mis. f. haustus.

Electuarium Cordiale.

℞ Corall. præpar.
 Sigill. Lemnij an. ℥j.
 Rasuræ eboris.
 Cornu cerui vsti.
 Marg. præpar.
 Sem. Coriandri præpar.
 Citri excorticati.
 Acetosæ an. ℥ j.
 Fragment. precios.
 Os de corde cerui.
 Fol. auri.
 Lapidis Bezoar an. ℥s.
 Camphoræ ḡ. vij.
 Conser. rosar. ℥ iij.
 Borrage.
 Bugloss.

Acetos. an. \bar{z} j.

Corticum citri condit.

Conseruæ Meliss. an. \bar{z} s.

Syr. acetos. citri q. s.

Olei vitreoli gutt. viij.

Misc. f. Electuarium.

Vnguentum cordiale.

℥ Theriacæ elect.

Spec. cordial. temperat.

Diatrion santal.

Liberantis an. \bar{z} j.

Aceti rosac. vel Gariophyll. ad in-
corporandum q. s. fiat vn-
guentum.

In ægri conclauis fumus fiat in vascu-
lo æreo, affusa aqua ros. & pauco aceto
additis santalis citrinis, cinamomo, & fo-
liis ros. rubear. puluerisatis, ana ... Nam
prunis vti apud ægros & trochiscis non
est consultum. Æstate autem possunt
conclauia aceto & aq. ros. aspergi. Aqua
pro fumo potest talis fieri.

℥ Aquæ ros. viol. Lactuæ. Nymph.
an. \bar{z} iij.

Aceti viol. \bar{z} j.

Santal. citrin. \bar{z} j.

Puluer.

Puluer. rofar.

Thuris an. ℥ j.

Cinamomi ℥ s.

Misc. pro fumo.

Excipitur & aqua spongiis, quæ appen-
duntur. Faciunt huc & poma odorata, &
pita, maximè si in iis cōclauibus nō sunt
agri: verūm edere poma illa, nō est con-
sultum. Vbi calidæ febres adsunt folia
nymphææ, sed cautè, supponenda sunt.
Pro capite est epithema eiusmodi:

℥ Nucleor. persic. ℥ s.

Sem. papauer. alb. ℥ vj.

Aq. rosarum.

Violarum.

Nymphææ.

Fl. Sambuci an. ℥ iij.

S. anethi ℥ j. f. l. a. emulsio. Cola-
tura adde olei rosacei ompha-
cini ℥ ij. Aceti rosarum ℥ j. f. e-
pithema ad frontem.

℥ Sem. lactucæ.

Portulacæ.

Papauer. an. ℥ j.

Cort. radicis Mandrag.

Capit. papauer. an. ℥ s.

Sem. hyoscyam. ℥ ij. contun-
dantur, & fiat leuis ebullitio in
aquæ fontis ℥ x.

Cum colatura illinatur frons, tempo-
ra, nares, cōmissura capitis, & pulsus pro
somno conciliando.

Suadēt docti quidam Medici, vt pul-
lus columbinus viuus discerptus calidè
capiti imponatur. Raphanus tritus so-
leis applicetur: vrticæ cum radicibus e-
tiam contusæ, & hædera terrestris. Si ve-
rò fauces impuræ sunt, gargarisma fiat,
ex aqua prunellæ cum paucō aceto, vel
oleo vitreoli. Sit autem forma talis:

℥ Diamor. ℥ ij.

Olei vitreoli guttas vj.

Misc. illinantur fauces.

℥ Aquæ prunellæ.

Plantaginis.

Fragariæ.

Vermicularis an. ℥ iiij.

Diamor.

Rob. nucum an. ℥ vj.

Mellis ros. ℥ s.

Aluminis parum.

Misc. f. gargarismus.

Paupc-

Pauperes sumant quartarium vnum
 aquæ puræ, & granum Camphoræ inii-
 ciant.

Ad conciliandum somnū, si ægri de-
 biles sunt, opiata non sunt immodicè
 vsurpanda, nihil tamen doctis præscribo.
 Quòd si iam quartus dies præterierit, &
 natura victoriam suam ostendit, fiat talis
 syrupus, de quo quinquies bibat mane,
 vsq; ad diem octauum.

℞ Rosar. rubear. m. s.

Zedoariæ.

Sem. citri ꝑ ij.

Rad. Tormentillæ.

Corticum citri.

Santal. citrinor. an. ꝑ j s.

Aq. acetosæ ℥ ij.

Bulliant & colentur.

℞ Decocti depurati ꝑ iij.

Syr. de succo acetos.

De acetos. citri an. ꝑ ij.

Misc. sic pro vno & reliquis
 quatuor.

Si multi vitiosi humores adsunt, &
 natura fortior reddita est, quarto die tol-
 lendi sunt, sed innoxiiis medicamentis,

vt Rhab. Sena, agarico : adhibita opera,
ne vires lædantur, & materia valdè com-
moueat, & simul etiam ad venenū re-
spiciatur. Igitur & venenata purgantia,
& scammoniata vitanda sunt.

℞ Rhabarb. electi ℥ iij.

Cinamomi ℥ j.

Infundantur in q. l. aquæ cichorei &
aceti, & stent in infusione per no-
ctem.

Colaturæ ℥ iij s. adde Elect. ros. Mes-
syr. ros. sol. cum Rhab. ℥ j s.

M. fiat haustus.

Eò autem dirigenda curatio, vbi plu-
rimum est periculi, nec fidendū vni re-
medio, sed vt Hippocrates, præcipit,
semper ad vires respiciendum est. Do-
ctis nō est necesse hæc inculcare, qui aut
excellentes Magistros habuerunt, aut v-
su multum profecerunt, nec artem ex
pharmacopoliis, vel compendiis didice-
runt. Meum in hoc scripto propositum
fuit, patriæ seruire, cū id tum tempo-
ris mei officij esset, non modò ostende-
re, qua præcautione in tanto periculo v-
tendum esset. Verū etiam ab empiri-

cis imperitis quid metuendum sit. Solent enim hi plerumq; plus, quàm morbi ipsi nocere. Ideo Leonicensus clarissimus Medicus, gratias se DEO debere professus est, quod cognitione artis medicæ non solùm optimam famam esset consecutus, & prodesse quàm plurimis potuerit, verùm etiam quòd ita cauere sibi ab imperitis didicisset. Doctis verò si vitam mihi DEVS prorogauerit, in Latino quodam scripto de causis putredinis, pestis, & de contagione sententiam meam disertè explicabo. Itaque hos interea rogatos velim, si in hoc teutonico scripto indisertius quædam tradidi, vt ne id mihi vitio vertant, cùm intelligant ipsi, de his subtilibus disputationibus, à tot doctoribus, tamq; magnis ingeniis agitata, non posse quenquam Germanicis phrasibus cuiquã satisfacere. Quòd si iis solis fuisset consulendum, qui Latine sciunt, fuisset mihi quoq; minus graue hoc argumentum Latinis literis tradere. Iohan. Baptista Montanus præceptor meus, ita olim dicere solebat. In ingratam animam, non intrabit scientia.

Si intrabit, non permanebit, & si permanebit, non fructificabit.

PARS III.

IN QVA AGITVR DE *Apostematibus & exanthematis.*

SATIS vt opinor fuisset, de præseruatione docuisse me omnia, quam ego duplicem cõstitui; vnã generalem, in qua cauetur, ne multitudine infectorũ inquinamenta, & seminaria pestis in aëre multiplicentur, aut propagentur & iniitiis cura magistratus resistatur. Alteram specialem, & particularem singulorum corporum, quæ ad Medici officium pertinet, additis etiam præclarissimis remediis, quorum vnum aliquis pro magno secreto haberet. Tamen ne quid in hoc scripto desit, etiam de apostematum curatione agam,

Observatum est in contagiis pestilentibus naturam per expulsionem apostematum, quæ parotides, & bubones dicuntur

cunt pestilentialia, & à crassiori materia oriuntur, non tamē sine calore, & veneno, deinde & per exanthemata quæ semper periculosiora sunt, se solere initio exonerare.

Chirurgus igitur si vocatur ad infectū, vt venam secet, & æger sanguineus est, ac vires constant, non impedio sectionem, sed sine magna cautione adhibita nemini suadeo, & consulēdi in hoc casu Medici. Ex veteri tamen more tundatur externa brachij, vel cephalica, & si bubo in collo, vel secundum aures, eo in latere mittatur sanguis, vbi malū est. Vbi autem abscessus sub brachijs est, eodem in latere epatica secanda est, ~~vel~~ mediana. Sin verò in pube, saphena eiusdē pedis, & dum mittitur sanguis, potest cucurbitula interea apponi: quanquā magis probō e ~~plastrum~~ attractiuum. Venæ etiam scordium alligari potest. Moneat etiam chirurgus astātes, ne ægrum dormire patiantur. Id autem de sanguineis accipi volo. Quod si nimis tardè chirurgus vocatur, properet ad curatiua, sed calido tempore calida cautè exhibeat.

Inspiciat etiam chirurgus anthraces, & bubones, quo loco eruperint, & si rubent, vel pallent, & augētur, in bona spe sit. Si verò nigrescunt, adhiberi possunt ea, quæ optima cuiq; videntur. Ego suadeo, vbi tales bubones & anthraces deprehenduntur, vt viua applicetur gallina, cuius podex deplumatus sit, & apertus, idq; sæpius fiat, si necessitas postulat, modò simul etiam ægro aliquid contra venenum intra corpus præbeatur. Postea sumatur vitellus oui cū salis portione, quanta tribus digitis capi potest, & succus ex herba scabiosæ, & calidè imponatur. Nam id apostemati naturam venenatam adimit, & calorem, si modò id vlla ratione potest fieri. Obseruavi hîc apostematibus pestilentialibus, carbunculis itē, & anthracibus omnia medicamēta tepida esse applicāda, ne quid frigus retropellat. Nec apertio differenda ad maturationem plenam, sed quamprimum pars eius maturuit. Tertio & illud faciendum, vt diutissimè apertum seruetur apostema, non citò consolidetur. Postquam autem apertum est, vtan-

tur

tur chirurgi maturantibus, & mundificantibus. Apostemata, & bubones sapè lenti sunt, ideo adhibenda fortiter attrahentia emplaftra, ex gummi ammonia-co, refina & pice confecta. Hæc omnia vt fectius exequantur chirurgi, breuiter eos de ratione omni erudiam.

Cùm æger conqueritur, sentire se in apostemate magnas punctiones, & calor augetur, indicium est affluxum fieri & apostema incrementum sumere. Tum igitur iis remediis instandū est, quæ maturant, & mitigant, vt cæpa cocta cū butyro vel pinguedine capi admista theriaca, non vsurpanda autem fomenta aut vnguenta refrigerantia. Cùm punctiones desierunt, nec furit intus materia, & mitigationem æger sentit, & apostema acuminatum fit, aperiendum est. Sapè etiam citius, vt monui. Quòd si tumor nimis citò euanescit, & deterius æger habet, malum signum est & omni contentione hoc agendū, vt euocetur internis, & externis auxiliis. Igitur, si vocatur chirurgus ad ægrum, qui apostema rubens, aut pallidum habet, foris se attol-

lens, potest his emplastris vti.

℞ Ammoniacy dissoluti in aceto ℥j.
Olei liliorum albor. ceræ, & visci
quercini q. s.

Extendatur in modum ceroti.

Id etsi vulgare videtur, tamen venenum validè attrahit, & emollit apostema. Prius enim venenum attrahendum est postea emolliendū, & maligna apostemata maturè aperienda, quamuis nō prorsus sunt matura. Dehinc mundāda, deniq; consolidāda. Apponam ergo ordine remedia, quibus tempestiuè vtetur chirurgus.

Ad apostemata eiusmodi semper vsitatum fuit emplastrū Diachylon, vt attraheret, & emolliret, ideò antè cætera pono. Quia autem interdum nimis debile est, multum autem interest euocari apostemata, admisceatur resina & pix, & vt citius rumpatur, aspergunt aliqui antharides.

Non ego chirurgos instituam, saltem cogitent, hoc potissimum agendum, vt abscessuum & apostematum materia euocetur, cum se natura exonerat, quam
iuuent,

iuuent, nec communia remedia vituperent.

Maturatiuum commune Apoplematum.

℥ Cæparum coctarū in oleo chamomelino q. f. & admisce farinam seminis lini, Fœnugræci & florum chamomil. ac ficus coctas, fiat emplastrum.

Aliud maturatiuum.

℥ Ficus siccas & pingues N. xv.
 Farinæ hordei p. j.
 Rad. altheæ coctarum ℥ j.
 Olei lil. q. f. Misce, & si est magna durities adde axungię gallinacę cum ammoniaco.

Aliud maturatiuum.

℥ Farinæ frumenti m. iij.
 Aq. scabiosæ, & olei chamomil. q. f. coquatur & adde croci ℥ j.
 M. f. emplastrum.

Aliud.

℥ Cæpam coctam, infunde in aceto, vel vino granat. & syrup. acetos. citri ana ℥ j s. exprimatur succus, & cum aq. tormentillę detur pro eliciendo sudore. Materia seu substantia ipsius cæpe appona-

tur calida buboni, emplastri modo.

Cum iam apostema ad suppurationē peruenit, apertū seruetur, & primo imponatur maturatiuum, & mundificatiuum, quale hoc est:

℞ Rad. Altheæ, Scabiosæ, Farinæ hordei, coquantur in aqua scabiosæ, adde mellis q. s. vitell. oui N. j. Croci ℞ s.

Misce fiat emplastrum.

Aliud mundificatiuum optimum.

℞ Terebinthinæ lotæ cum aq. scabiosæ ℥ j.

Succi scabios. ℥ ij.

Vitell. oui N. j.

Croci ℞ s.

M. f. vnguentum.

Aliud mundificatiuum, quod incarnat & consolidat.

℞ Sarcocollæ ℥ s. cum melle roscolato q. s.

Misce fiat linimentum.

His vtete, dum prorsus consolidatio fiat, & si quis chirurgus his diligenter vsus fuerit, non dubito, quin & diuitibus & pauperibus profutura sint.

Cum autē carbunculi maiorē curam deside-

desiderēt ob materiam, è qua fiunt, malignam & adustam, ac venenatam, & initio rubore, ac calore se prodant, citò occurrendum est. Aliqui saphyro eum mitigare se posse putant, ego præfero scabiosam contusam, & vitellū oui cum sale. Æstate suadeo, vt rana in calida aqua lota carbunculo illigetur, quanquam efficacior est bufo siccatus. Sed iteratione opus est.

Quantquã autem omnes carbunculi, & anthraces periculosi sunt, & magna inquietudine, molestia, nausea, palmo cordis, & lipothymia erumpūt. Tamen si vehemens vomitus adiunctus est, & carbunculi nigricant, & sint circa aures, sub axillis, vel in pube, maximè timendi sunt. Itemq; si aperiantur, nec pus vllum effluit, sed quasi spuma quædam, & vulnus liuescit, ac siccum fit, in hoc casu laborandum est chirurgo. Minus periculi est, si rubeant, palleant, vel virescant, & pus effluat, nec in locis nominatis eruperint. Ægro autem, si tempus calidum non obstat, Theriaca vel Mithridatum in succo vel aqua scabiosę dentur, sin ve-

rò æstus est, de cornu cerui bibat. Natura tum roboranda, & applicanda remedia, quæ molliant, mirigent, maturent, quæ partim antea præscripta sunt, partim nunc præscribentur. Ideò vitello oui sal, & saccus scabiosæ, ficus & mel addatur, vel ficus contusæ cum nucleo avelanarum antiquarum in forma emplastri imponantur.

Postea si materia nimis copiosè affluit, ad apertionem properandū est, & lato scalpello ampliandum foramen, imposito tamen defensiuo. Sed defensiua cautè adhibere oportet, habita ratione, & loci, & tēporis, ne id repellatur, quod natura expellit, & æger iuguletur, aut magis affligatur.

Defensiuum optimum ita præparatur:

℥ Boli armen. ℥ ij.

Sanguin. drac. ℥ ij.

Olei ros. & aceti q. s.

℞. vng. molle.

Id illinendum est circum circa, ne rubor & tumor (quæ duo ferè semper coniuncta sunt, cum carbunculis) latius sese diffundant.

Quod

Quod si nihil fluit, vel si ita fluxit, vt caro proxima corrumpatur, vesicatorio opus est, quod ita fit:

℞ Fermenti ad quantitatem ℥ij.

Cantharidum ℥ij.

Aceti fortiss. q. s. Misc.

Adhibetur hoc sine, vt materia euocata melius fluat: postea ita proceditur, sicut in factis cauteriis. Cùm autem putrida caro adimi debet, vnguentum Ægyptiacum proderit. Sed melius est cauterium cum auro ignito, nec dolor metuendus est, cum per se antrax dolorem magnum commoueat. Deniq; butyrum solũ imponitur, vel cataplasma ex malua vna cum radice eius, & butyro. Remota carne putrida, & adusta, mundificantia vsurpanda sunt, quale suprà vtilissimum præscripsimus.

Debent autẽ hæc cataplasmata, quæ anthracibus calidis, & venenatis adhibentur, & paucis horis siccantur, ne durities molesta sit, renouari.

℞ Farinæ triticeæ coctæ p. j.

Salis ℥j.

Vitellum oui N. j.

Mellis q. s. est. Misce.

Maturat carbunculū, & aperit, si sæpius renouetur. Aliqui fimum gallinarū, & columbarum adhibēt, item raphanū, erueam, & ficus. Laudantur ab omnibus peritis Medicis ad imponēdum tres istæ plantæ: Morsus Diaboli, Scabiosa, & Cōsolida maior. Si recentes haberi possunt, contundātur scabiosa, & consolida cum pauco sale, & recenti pinguedine porci, & calidè applicet, & die naturali ter dematur hoc emplastrū. Nam omnes periti chirurgi docent, has plantas mirificè carbūculo resistere. Etiā si sola consolida maior inter duos lapides contusa imponatur. Ad eundē casum prodest & millofolium, & pomum granatum in aceto coctum. Posset quidem aliquis existimare, hæc habere vim repellendi, sed experientia contrarium ostendit. Quòd si eę plantæ recentes haberi non possunt, addi potest siccis herbis, madefactis tamen in aquis ex ipsis destillatis, parum theriacæ & applicētur, vt dictum est. Attamen dum carbunculus vndiq; durus est, proderit de die bis vel ter oleo Alexandri

Bene:

Benedicti illinere (vel si quid melius occurrit) imò & tota spina ægri eo vngatur, non intermissa corroboratione tam per interna quàm externa, vt antea monuimus, aut quæ præscribi à Doctõibus potest. Neq; enim in hoc tanto malo satis est semel præseruatiuo, curatiuo, vel corroboratiuo vti, sed iteratione opus est, quanquam præseruatiua nõ sunt copiose sumenda, ne natura obruatur, & in alios morbos ægri incidant, cùm contagionis pericula sedata sunt.

Quia verò ex carbunculis multa, & grauiã incommoda relinquuntur, maturè mundificatiuis vtendum est, quæ vtiliter ex terebinthina, vitello oui, succo scabiosæ, & croco præparantur. Aperta autem sint tantisper loca affecta, dum febris, & alia symptomata euanescant omnia. Tum demum sarcotica adhibenda, sed non nisi in primo gradu calida, vel in principio secundi, referendo ad membrum, cui applicatur. Etiam periti chirurgi confectionem talium medicamentorum discere debebant, & errorem illum exuere, cùm existimant vnum em-

plastrum omnibus profuturum, cum id aliquando iis bene successit. Interim non cogitant, in istis anthracibus malignis, & malis inueteratis nonnunquam ipsa membra integra periclitari: decipiuntur autem hoc falso principio; Medicos non intelligere, quid chirurgia sit, & si quem ex Medicis obseruarunt, parum in his versatum fuisse, existimant, ne alios quidem quicquam illis de rebus intelligere.

Vt autem occasionem præbeam diligentiori considerationi, & medicamenta accuratius in pharmacopoliis præparentur, ob id Latina apposui, quæ prima fronte tenuia videntur, sed à præstantissimis chirurgis semper magno in precio habita fuerunt.

Unguentum sarcoticum.

℥ Mellis ℥ s. despumetur optimè & inspissetur, ac postea impone

Myrrhæ.

Aloës.

Sarcocollæ ana ʒ j s.

Subtiliter puluerisata agitentur, ac diligenter commisceantur.

Postea hic puluis qui carnem in vlceribus

ribus regenerat, inspergi potest.

℞ Litargyrij.

Scoriæ ferri.

Centauriæ minoris.

Aloës.

Thuris.

Mastichis ana ʒj.

Misce fiat puluis.

Vbi verò caro renascitur, sigillatium postremò adhibeatur, vt sciunt chirurgi, & hoc modo præparari potest.

℞ Litargyrij.

Aluminis vsti.

Plumbi vsti.

Calcis lotæ.

Gallæ balaustiarum an. ʒj.

Puluerisentur subtiliter, & commisceantur.

Hic puluis in sindone, vel molli lintheo excipiat & ita crudæ carni aspergatur, aut cutis superinducatur.

Ita tractandi bubones, & carbunculi, voluique remedia in aliorum vsu subicere, parum curans, vtrum chirurgi ea grato animo accepturi sint. Nam mihi nequaquam propositum fuit, Doctores

vel chirurgos, si rem melius intelligunt, hoc scripto erudire. Ad extremū pharmacopolas fideliter moneo, vt aquas destillatas, quæ intra corpus sumuntur, non vt hæctenus factum est, in æreis vasis, sed in vitreis, vel terreis destillēt, nec omnia medicamenta, in quibus subtiles spiritus sunt, in æreis vasis, aut mortariis præparent.

Statim enim virtus medicamenti in his mutatur. Medici verò qui destillationes ipsi non tractarunt, idem obseruent, ne dum roborare vires in animo habent, datis destillatis, vires magis deiciant. Credant experto.


Satis iam multa dicta sunt de vtroq; præseruatione inquam, & curatione, ad laudem omnipotentis Dei: in gratiam verò Incltyti, & amplissimi Senatus, & populi Vratislauenfis, qua in ciuitate proauī mei Cratones vltra ducentos annos, vt integros, ingenuos, inculpatos, & honestatis ac pietatis studiosos ciues decet, quietissimè & in summa cum aliis coniunctione vixerunt. Clementissimus Deus benignissimè ab ea republicâ omnia
nia

nia pericula auertat, & præfenti neceffitati succurrat. Cœpi autem hæc ipfa in fumma & diuturna imbecillitate mea recognoscere, quod dum facio, multa ipfe mutanda deprehendo; quædam nõ fuo loco pofita, vel repetita: fed quia dum in opere fum, graui casu nouo perturbatus fum, nec licet quidem mihi, vt volo, ad limam reuocare: maximè cum tanta fit trepidatio ciuium; vicinorum autem iniquiffima perfecutio, & meritò deploranda. Atq; ita his de caufis æquiffimis, quicquid bono, & pio studio iuuandi alios à me factum eft, in præfentia boni confulant, quod æquos iudices facturos fpero. Reliquis omnia falutaria precor. Si vitam mihi Deus produxerit, doctis meam fententiam firriffimis rationibus ita defcribam, vt confidam me illis effe fatisfactorum.

F I N I S.

ACTS OF THE PARLIAMēt OF GREAT BRITAIN
IN THE SEVENTH YEAR OF THE REIGN OF
HIS MAJESTY KING GEORGE THE THIRD
IN PARLIAMēt ASSEMBLED: In the first
Session of the said Parliament: Passed
in the City of Westminster, the first
Day of August, 1773.
CHAP. XXV. An Act for the better
Regulating the Trade of the Colonies
of Great Britain.
[The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list of provisions or sections of the act.]

THE SECOND PART OF THE
ACTS OF THE PARLIAMēt OF GREAT BRITAIN
IN THE SEVENTH YEAR OF THE REIGN OF
HIS MAJESTY KING GEORGE THE THIRD
IN PARLIAMēt ASSEMBLED: In the first
Session of the said Parliament: Passed
in the City of Westminster, the first
Day of August, 1773.
CHAP. XXVI. An Act for the better
Regulating the Trade of the Colonies
of Great Britain.
[The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list of provisions or sections of the act.]



A 146131

